



Wd. 27.

2

DIATRIBA  
EX IVRE FEVDALI  
ET PVBLICO  
DE  
**FEVDIS VEXILLI**  
vulgo  
**Fahn = Lehn**  
QVAM  
AVSPICIIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
**DOMINI CAROLI**  
PRINCIPIS BORVSSIAE MARCHIONIS BRANDENBVRGICI  
RELIQVA

P R A E S I D E

**NICOLAO HIERON. GVNDLINGIO**

I. V. D. SACRI TRIBVNALIS QVOD EST IN DVCATV MAGDEBVRGICO CONSILIARIO  
REGIO IURIS NATVRAE AC GENTIVM ITEMQUE ELOQVENTIAE ATQVB  
ANTIQUITATVM PROFESSORE PUBL. ORDINARIO

IN FRIDERICIANAE  
AUDITORIO MAIORI  
DIE X. APRILIS d<sup>o</sup> 16 CCXV.  
PUBLICAЕ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITIT

**GEORGIVS GODOFREDVS Bönigfe**  
HALAE MAGDEBVRGICAE,  
PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.

3

ALMA MATER  
HIERONIMI  
EPIPHANII  
HEAVISHEXII  
SOPHIAE  
VASQUEZ RECTORIS MEGALLENSIS  
DOMINI CAROLI  
PRINCIPIS POLONIE MAGISTRORUM BRUNDENAVARII  
NICHOLAO HIERONIMI  
IN LITURGIA  
GEORGIAZ GOETHEA  
MANIA  
TATSOLO



REVERENDISSIMO ATQVE ILLVS  
TRISSIMO DOMINO

DOMINO  
**IACOBO HENRICO**  
SACRI ROMANI IMPERII COMITI  
**DE FLEMMING**

SUPREMO MAGNI LITHVANÆ DVCATVS  
STABVLI PRAEFECTO

VLTERIORIS POMERANÆ AC PRINCIPATVS  
CAMINENSIS MARECHALLO

ORDINIS S. IOANNIS EQVITI

DYNASTAE IN SCHLAWENIZ MARTENTIN  
ET BOECK

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI POLONIARVM  
REGIS ATQVE ELECTORIS SAXONIAE

SVMMO COPIARVM DVCI

SECRETIORIS SENATVS MILITARIS PRÆSIDI  
ET

ADMINISTRO STATVS  
CETERA

DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS P.P.

FELICITATEM.



Vm Lipsiam , illustrissi-  
me COMES, me animi recre-  
andi caussa nuper contulisse,  
& ex multorum sermone intel-  
lexisse, versari TE in ciuitate,  
non potui prius desiderium se-  
dare meum , quam in conspectum venirem tu-  
um , & VIRVM pace belloque maximum ac pu-  
blicae maiestatis curam gerentem alloquerer co-  
ram.

## DEDICATIO.

ram. Quo facto cognoui reapse , fuisse mihi  
ab iis , quorum prædicationi obsecundaueram,  
egregie prorsus consultum. Eluxit enim primo  
statim obtutu nobilis illa animi tui magnitudo:  
in oculos incurrit ingenii præstantissimi flos:  
eluxit humanitas in omnes, &c; quod caput est,  
ardens quoddam & singulare in ingenuas disci-  
plinas ac litteratos omnes studium. Quæ res  
tanto mihi maiori admirationi fuit , quod sci-  
rem, agere TE inter homines tectos armis, atque  
intentos militiæ, agere inter cohortes ac legio-  
nes, quas sub signis augustissimi REGIS tu du-  
cis summaque sapientiæ ac fortitudinis laude gu-  
bernas. Sed deprehendi simul, non congruere  
penitus veritati, eos, qui in castris viuunt, non ex-  
audire leges , nec suo litteras dignari amplexu.  
Quis enim magno FLEMMINGIO sapientiæ  
laude inuenitur excellentior? quis ad promo-  
uendam doctrinam incitator? quis in con-  
siliis excogitandis, aut capiendis ingeniosior? quis  
ad agendum promptior? Ethoc vero REGEM tuum  
ob clementiæ insignes dotes , eminentissima-  
rumque virtutum gloriam in summis collocan-  
dum permovit, ut TIBI exercitus committeret  
suos , & publicam concrederet incolumentem,  
hoc est, res maximas domi ac foris expediendas

a 2

ad.

## DEDICATIO.

adsignaret: quia nihil adeo clarum fingi potest,  
nihil adeo excellens, quod a TE non expectet Saxonie, non itidem experiatur Germania, nec ab  
animi tui constantia ac moderatione luculentissime in posterum speret. Vnde fit ut populo  
egregie charus existas, ut eruditus TE velut alterum  
Scipionem mirentur, ut tristes Camoenæ TE tanquam bonarum artium statorem ac defensorem  
intueantur, inque summo imperio locato applaudant vniuersae. Haec enim est omnium mortaliūm opinio, ut homines prudentiae ornamentiſ cumulatissimos primo loco dignos existimant:  
quoniam intelligunt, omnium salutem illorum  
auctoritate & judicio contineri, cosque, quid  
omnibus futurum sit vtile, ratione prouidere.  
Quod sicuti ciues omnes multis documentis e-  
docti faciunt; ita multo minus est mirandum,  
etiam milites incredibili alacritate obedire TIBI,  
quem esse vident rei militaris scientissimum, re-  
rum agendarum peritissimum, a temeritate alienum,  
& ad immortalitatem nominis comparandam aptissime natum factumque. Haec  
venustas cum & externos in communionem laudi-  
dis nunquam interituræ alliciat; ego sane diffi-  
teri amplius nolo, me mirifica comitate ac singu-  
lari tua in eruditionem ac bonos omnes incul-  
gen-

## DEDICATIO.

gentia captum rupisse tandem silentium , inque  
eo nunc esse, vt voluntatem pietatis in TE plenif-  
simam atque incredibilem erga TE benevolen-  
tiam in publicum producam : probe gnarus,  
nullam mihi felicitatis maioris euenire posse par-  
tem , quam si nostri labores atque studia non  
iniucunda TIBI videantur. Non me fallit,quam  
illud sit , pro mea singulari erga TE obseruan-  
tia,quod offero,exiguum: sed credidit aman,non  
debuisse me,qui magna præstare nequco , parua  
negligere, nec muneris leuitate deterrei, ne face-  
rem, quod diu sum meditatus , & in vtramque  
me cum saepius reputauit partem. Valerianus  
Cæsar Aurelianum & Probum Imperatores ob-  
in signia in rem publicam merita , & res præcla-  
rissime gestas hastis puris vexillisque argenteis,  
*Vopisso* teste,donauit : & ego vero Imperatorem  
hujus ætatis clarissimum propter animi egregium  
cultum,propter dignitatem & gloriam etiam in  
scholis totius Teutoniae celebratam diatriba de  
*feudis vexilli* dono, quod ea mihi materies tanto  
Viro digna visa est, in quo cum virtute nobilitas  
certat,cum scientia fortitudo, cum fecunditate hu-  
manitas , cum omni laude animi quædam mo-  
deratio: quam , quia celebrari non vult,non sta-  
tuo huius temporis celebrare copiosius. Id so-  
lum

## DEDICATIO.

Ium a TE precibus contendere non desistam, COMES illustrissime, vt hos nostros conatus æquiboniique facias, tuæque virtutum elegantiae tribuas; si audacius paullulum clementiæ tuæ pulsemus fores, & nostra scripta, qualia cunque sint, oculis subiiciamus tuis, oculis omni sole clarioribus. Quod si ea non fuisse tibi intellectuero ingrata, æqualem me astris existimabo, æqualem in hoc TIBI, in cuius admiratione totus hæreo defixus. Seruet Te DEVS in serenissimi ac potentissimi REGIS Tui gloriam, seruet exercitibus, seruet ad eruditio-  
nis decora augenda, seruet ad omne virtutis ge-  
nus mirabiliter atque diuinitus instructum. Da-  
bam Halæ Magdeburgicæ IV. Idus Aprilis  
cœlo CCXV,



DIA.



## PRÆFATIO.

**N**on est publici ac feudalis iuris doctrina ita a Doctoribus polita , atque in clara adeo constituta luce , vt nihil addi, nihil demi, nihil proponi amplius, nihil queat emendatus. Scatent vulgares libelli innumeris erroribus: desunt saepe auctoribus necessaria in hanc rem documenta: multa occur- runt audacius dicta, multa minus distincte scripta, haud pauca parum curate expensa. Vnde nouus stu- diosis hominibus aperitur campus, quo decurrant, & industriam exerceant suam: possunt noua detegi, ac nova lumina magnis licet voluminibus, atque in celebritate versantibus immitti. Quod vt publico bono promouendo permissum cuique ; ita nobis neutquam censeri debet interdictum, qui ad veri- tatis cognitionem enixo contendere studio non delistimus: gnari satis , neminem rerum ad erudi-  
tio-

PRAEFATIO

tionem pertinentium habere μονοπώλειαν , aut ita omnes in feudorum disciplina ac publici iuris prudentia coemisse merces , nihil ut residuum ceteris sit , aut inuehendum restet aliis , quod venum non exposuissent isti , isti , repetimus , quibus volupe est , de facultatibus suis sperare magnificentissime . Nos , vtut infirmitatis nostræ non immemores ; tamen ea ratione in hac cauſa versatos deprehendet Le-  
ctor , multa ut nunc intelligantur penitus , plura certius . Cuius postremæ vocis sensum sic tamen censeo inflectendum , vt certum sumatur huic do-  
ctrinæ conueniens , ac comparete tale ; ne mathe-  
matica demonstratio mente depingatur , quæ a con-  
iecturis abest , & in hac scena ſæpe exspectatur , aut optatur perperam . Quid si itaque ficeri quid-  
piam de feudis vexilli tulimus in medium , non du-  
bitamus , consulturos boni , quibus veritatis inda-  
gandæ desiderium est , aut non omnis ademptus modeſtiæ ſensus . Si quid erratum dabitur , credo ,  
venia , quam a ſemita declinantibus indulſimus ſæ-  
pe . Ceteros , quos exagitat affectus & inuidiae lan-  
cinant ſtimuli , facimus flocci , eosque pro absenti-  
bus habeantes propriæ lubidini relinquimus quieti .

CON-





## Conspectus Diatribæ.

§. I. II. Proponitur methodi  
ratio. III. Romani viros fortes  
hasta sepe donarunt, ac vexillis.  
IV. sed apud Germanos potius  
hasta framea &que v̄sus querendus.  
V. Quid framea? VI. Descen-  
dit a Germanico frum, fruma,  
frumam. Celtæ ac Germani  
omnem summiatatem bryn appel-  
larunt. Brenner. Pyrenei. VII.  
Framea an Francorum brunia? VIII. Brunia an lorica? an ga-  
lea? quod negatur IX. Hasta  
apud antiquissimas gentes potesta-  
tis insignie. Hasta sceptrum. Ven-  
ditio sub hasta. Amazones cum  
hastis. Notatur Turnebus. X.  
Germanis framea, seu hasta nobis-  
titatis atque autoritatis symbo-  
lum. XI. Framea flammula  
ornata. Framea Childerici. Fah-  
nen unde? fanon quoduis operi-  
mentum, aut lineum significabat.  
Prælatio vexillorum honoris caus-  
sa. XII. Hinc Fan veteribus  
Gothis Dominus: quod copisse  
ostenditur, Fan DÉVS. Tan-| fan DEVS inter abies. Malo-  
uendus apud Tacitum quid? Fan  
diabolus. Scythe veteres & Sla-  
ui Pan quoque Dominum voca-  
bant. Panowie. Banus Croa-  
tie. XIII. Quia igitur hasta  
vexillifera potestatis signum, hinc  
feuda potestatis hoc tradebantur  
symbolo. XIV. Potestas refere-  
batur ad tractum. XV. Vnde  
tot cum vexillis, baculo, hasta in-  
uestiture. Notabilis Pippini ba-  
culus, quo Thessalonem inuesti-  
vit Boium. XVI. Banni vox:  
que varie significationis.  
Bann / Gebiet. Bund / Bond.  
XVII. An in iudiciis adhibita  
vexilla? Affirmat Obrechtius,  
qui ab aliorum objectionibus de-  
fenditur. Mahls mallus unde?  
Handmahl. Leges Friesorum  
Vestalboemicæ. Vexilliferi iu-  
sticie. Banderet in ciuitatibus.  
Cur vexilla in iudicis desierunt?  
Baculi ramen adhibiti. Et ab  
Gesichte. Stapholum. Stabulum  
iudicium. XVIII. Qui potestate

CONSPECTVS DIATRIBÆ.

praerant bannerii vocabantur.  
 Vexillum an recte symbolum col-  
 lati feudi dicatur? Defenditur  
 Schlegelius. XX. Reges gladio  
 inuestiti. Peculiaris Regis Bo-  
 hemie inuestitura per vexilla.  
 Privilegium Bohemi. XX. Epi-  
 sopi inuestiebant sceptra, quam  
 uis conferretur feudum vexilli.  
 Sceptra ex Italia a Calixto II,  
 Pontifice. Ibi principibus noue  
 creatis sceptrum in manus da-  
 tum: exempla rariora, vbi ve-  
 xillis inuestiti Ecclesiae Prelates:  
 hodie symbolo uniformi seculares  
 & ecclesiastici feuda accipiunt.  
 XXI. Chiffletius Marchionis gla-  
 dio inuestiri scripsit: quod nega-  
 tur. Noti omnes, qui gladiis  
 comparent in sigillis, gladio et  
 iam sunt vestiti: nec verum, Du-  
 ces solos sic stuisse feuds suis ini-  
 tiatos. XXII. Comites etiam  
 eiusmodi signis in possessionem be-  
 nesciorum suorum iussos demon-  
 stratus. Coniectura proponitur,  
 quare forte in feudis maioribus  
 gladius nonnunquam adhibitus.  
 Caesares soli ius gladii conser-  
 bant ordinarie: quod binis di-  
 plomatibus ostensum. Comites,  
 ac Senatus in ciuitatibus olim  
 non poterant ius gladii conser-  
 re in inferiores iudices, multo mi-  
 nus communitatibus dare de no-  
 vo. XXIII. Baro quid? Etymo-  
 logia vocis. Habent & illi feuda  
 vexilli. Banner-Herr. Edler  
 Panner. Bandererus. Explica-  
 tum vocabulum ambiguum sem-  
 per-frey. Speculi sueci locus  
 dubius expositus. Semper-Leute,  
 Confusio Antonii Matthei nepo-  
 tis notata. XXIV. Equites ca-  
 rebant feudi vexilli. Non gau-  
 debant regalibus. Jurisdictio  
 criminalis non collata. Origo  
 nobilium imperii. Quare laxior  
 ius potestas concessa? Ministeria-  
 lis minoris dignationis, quam  
 eques. Fenda lorice, elypti. Cly-  
 peis aliquando consuicati milites  
 inferiores. Distincti a Baroni-  
 bus nobiles. XXV. Questio u-  
 trum ciuitates allodia, an feuda,  
 parum coherens. Ciuitates im-  
 perii an olim in feudum data?  
 Senatus nullum ius banni. Nunc  
 ex perpetua commissione, aut et-  
 iam in aliquibus castris predi-  
 isque iure feudi. Singulare Ba-  
 variae Ductis ius in Katzenbonensi  
 ciuitate. Quo sensu habeant  
 nunc feuda vexilli? XXVI.  
 Quando insignia intexi vexillis  
 cuperint? Baluzii ac Casanouæ  
 opinio examinata. Ottonis Sper-  
 lingii coniectura. Defensa sen-  
 tentia, insignia certa ab expedi-  
 tionibus prouenisse cruciatis &  
 iure in imperii terras heredie-  
 rio. Antonius Matthei notatus.  
 I. I. Chiffletius commendarius.  
 XXVII. Plura vexilla cur oblata  
 &

CONSPECTVS DIATRIBÆ.

& recepta? An vexilli symbolo dominium translatum? an posse? Doctorum nuge explosive. XXVIII. Locus inuestiture sub dio. cur? inuestiture in templis & cemiteriis prohibito. Curia feudalis primaria Noriberga. Primorum comitiorum ius, quod adhuc Noricis saluum. Primariarum precum species singularis. XXIX. Vexilla varii coloris. Interni notatus. Peculiare Würtenbergicorum Ducum vexillum. Ineptie de Germanorum atriflamma. XXX. Mauritius Elektor an vexillis ultima inuestitus solenniter? Negatur. Mullerus e Mullero confutatur. Augustus Elektor post Mauritium idem solennibus inuestitus Bohemiae Regum & Austriae archiducum primitus. Causa intermissi ritus variis. Potissima, quia non amplius comparent per se: que apparituta olim necessaria. XXXI. Etiam Comitibus ea iniuncta: quod probatur diplomate. Ducum vexilla a Comitum vexillis diuersa. XXXII. Proceres signa portantes. Quare testes adhibiti? Inuestituræ litteræ olim rare. Nec semper exactæ. XXXIII. Vexilla lacerata Bohemiae Regum privilegium, deuenire quid? refutatio feudorum quomodo facta? Significatio dispersionis & lacerationis ambigua. Propositæ va-

riæ conjecture. XXXIV. Vicariis ius conferendi feuda vexilli in interregno interdictum: at dubium, quid significet in aurea bulla feudum vexilli? Exemplum Comitis a Palatino vicario vexillo inuestiti. Speculi Sueuici ambiguus locus explicatus. Unde aurea bulla de feudi vexilli solenni apparatu concedendis explicatur. Varia argumenta adducta. Comites nunquam sub dio inuestiti. Rationes Boecleri, quare Principum vestitura adeo solennis? §. XXXV. Potest tamen Cesar speciali mandato vicariis ius inuestiendi permittere: uti permisit interdum aliis Principibus. De Episcopo Lubecensi Holzatum inuestimente singulare. Diplomata inedita producta: & tota res collocata in aprico, nonnullorum Doctorum neuis detectis. Misnia Marchionis an vicaria opera Ruthenos Comites inuestiuerint. §. XXXVI. Constituti qui Rege absente vicariis ius inuestiendi sine peculiari mandato tribuant. §. XXXVII. An indultum a vicariis peti queat? Quid? si non petatur. Distinctio inter feuda vexilli & reliqua minora. An principes obstringantur petere? an Comites? §. XXXVIII. Inanis disputatio, an iam citatis viuo Imperatore Principibus conferant

CONSPPECTVS DI ATRIBÆ.

Vicarii inuestituram? XXXIX.  
Ius inuestiendi quo sensu vocetur  
reservatum Casaris? An per in  
uestituram conferatur superiori  
tas territorialis? XL. Feuda vexil  
liper se olim individua. Ius primo  
geniture in successione. Quando  
diuidi coepta territoria. Ludol  
phi opinio considerata. Hertius  
notatus: Et ex alio fundamento  
iterum contra Ludolphum defen  
sus. §. XLI. Feuda vexilli initio  
masculina, non seminea. An feu  
dum vexilli semineum repugnet  
rationi? In Gallia, Bvgundia,  
Belgio feuda feminine. Mascula  
Philippi Boni responsio Sigismundi  
ficiali data. in Allemannia  
Saxonia rarissima exempla.  
Ergo ibi non presumuntur. §.  
XLII. Territoria imperii cum  
iurisdictione ac regalibus virum

presumantur allodia, an feuda?  
Status questionis rite formatus.  
In epcta quæstio, num terra ab im  
perio non dependens sit allodium,  
an feendum? Inuestiture emissio  
non probat omnimodam liberta  
tem. Distinctio inuestiture in ex  
pressam & presumtam seu tacita  
tam. Feuda solis, Varia dubia di  
scussa. §. XLIII. Feudum vexilli an  
involuita dignitatem regalem?  
Hertii sententia considerata. Non  
solis Longobardis hæc formula  
loquendi propria. Conciliatio dis  
sentientium tentata. §. XLIV. Co  
rollarium; an Caesar solennem in  
uestituram sub dio denuo possit ex  
igere atque illam introducere?  
Quod variis argumentis negatur:  
quamvis, cum feudum confert no  
ne, id sibi possit stipulari.



DIA-



DIA TRIBA EX IVRE FEVDALI  
ET PVBLICO

DE  
**FEVDIS VEXILLI,**  
vulgo  
**Fahn=Lehn.**

§. I.

**S**i morein scholis recepto, quam de feudis vexilli conscribimus, adornare dissertationem vellemus, multa de feudi generatim forent præmittenda, varia de vexillis variis coaceruanda, Lexica vniuersa, aut saltem plurima euoluenda, vt sic cumulus fieret, multarumque ad scopum non pertinentium rerum farrago. At sepe homines externi nostratisbus peruersum hoc scribendi cacoethes seuere exprobrarunt: nec immerito credo, quoniam non tam scribenda sunt, quæ scimus, quam quæ facere nonnihil ad propositum nostrum videntur.

A

§. II.

## §. II.

Ergo igitur id in primis docebimus, quid significaverit vexillum, quare tali symbolo feuda sint tradita, quibus, quando mos desierit, usumque harum obseruacionum adiiciemus sane luculentum.

## §. III.

Et primum quidem, si in Romana ire luberet castra, facile foret demonstratu. Romani enim viros fortis hasta saepe donarunt, vexillo, eoque puro, vel cæruleo, vel aureo, vel argenteo. Saltem id *Festus* adnotauit voice *hasta*: quid? quod *Marius* apud *Sallustium* in bello Iurgurthino inter visitata militum præmia hastas & vexilla recenset. Vtrumque præmium *Aurelianu*s post bellum Gothicum & *Probus* post Sarmaticum ab Imperatore *Valeriano* acceperunt, teste *Vopisco* in *Prob. cap. V.* & in *Aurel. cap. I.* Et est in marmoribus Oxoniensibus inscriptio, quam *Hugo Cholmley Baronettus Seldenianis* donauit adiecit, in qua *Publius Besias Publii filius Quirinus Betuiniyanus A. C. Marius Memnius Sabinus* ab Imperatore *Trajano CORONA MVRALI. VALLARI HASTIS PVRIS VEXILLO ARGENTEO* dicuntur donata. Cui simile videtur marmor a *Grutero* relatum, ubi *Caio Iulio Corinthiano ob virtutem suam Sacratissimi Imperatores Coronam muralem, hastam puram & vexillum argenteum insigne leguntur dedisse*: vt taceam, quæ *Humphredus Prideaux* in explicatione Marmororum Oxoniensium p. 142. & *Salmasius* ad *Vopiscum* p. 648. seq. congefferunt.

## §. IV.

Sed non placet a Romanis repetere, quod in medio Germanorum, etiam antiquissimorum, inuenimus. Ipsum hic *Tacitum* allegamus, qui de framea, vel hasta nostra-  
tum varia adnotauit, cui deinde linteal sunt adiecta. *Ar-  
ma*, inquit de *M. G. cap. XIII.* *sumere non ante cuiquam  
moris*

moris, quam ciuitas suffeturum probauerit. Tum in ipso concilio vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto framque iuuenem ornant: haec apud illos toga, hic, primus iuuentu honos; ante hoc dominus pars videntur gnox Reipublice. Et cap. VI. Rari gladiis, aut maiorum bus lancis utuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto & brevi ferro; sed ita acri & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaque contentus est. Atque ait auctor, frameae vocabulum peregrinum esse, hoc est, Teutonicum: quod & verum est. Nam Tacitus scire sine dubio debuit ac potuit, ad quod idioma pertinet vox framea.

## §. V.

Saltem negari non potest, esse apud nos opificum instrumentum satis notum, quod vocatur *Psrimm* / unde anspissinnen / anschießen. Quocirca recte Tacitus frameam hastam interpretatur euen Spieß / pilum ferro subtili trigono praefixum, eine Pique, ein kurzes Gewehr / cuius figuram Iohannes Iacobus Chiffletius in doctissimo tractatu p. 219. expressit, quem Anastasius Childerici praescripsit. Fuit enim eius generis telum in tumulo Childerici, Tornaci conditi, cum variis insignibus inuentum. Ex quo elucet, minus recte Isidorum frameam dixisse gladium ex utraque parte acutum, aut spatham, aut rhomphæam. Tacitus namque aliud in sua framea obseruat. Caussa, quare gladium appellauerint, aut *σφαλαν*, forte fuit, quod Martis insigne alias gladius sit, cuius manum Iuvenalis Satyra XIII. v. 75. framea impleuit. Sed probandum est primo, non potuisse Poetam externum armorum genus Marti accommodare: quin memorat Harduin in numis Provinciarum p. m. 863. vidisse se Turonii apud P. Albaretum Societatis Iesu confortem Cæsa-

ris Aureliani numum, in quo Mars capite galeato cernitur, tenens sinistra hastam, Orbem Romanum offerens Aureliano: hanc *Iuuinalis* frameam dixit. Occurrit apud eundem *Harduinum* aliis numus Imperatoris Hadriani, in quo ipsa Germania tunicata dextra hastam, læua ramum tenet. Hasta vero celebris Teutonum framea est.

## S. VI.

Vnde mirari subit, voluisse nonnullos originem vocis a latino *frenere* derivare, ut *Iulianus* aut *a frendere*, quemadmodum *Isidorus*: cum tamen *Tacitus* ad idioma Germanicum eius natales referat. Si coniecturæ locus relinquitur, dicam, a monosyllabo *fram*, *fruma*, *frumam*, quod apud Gothos significat primum, præcedentem, vocabulum descendere: quandoquidem is, qui præcedebat, frameam gestabat. *Der Gramiste* / vel *frōmste* sonat excellentem. In lingua antiqua Cambrica brennyn Principem exprimit ac Regem, quod apposite Boxhornius obseruat. Germani ac Celtæ omnem summitatem *bryn* & *bren*, quin Dominum *fron*, Otfridi imitatione, vocant.\*). Vnde forte *Brennus* Gallorum Dux summus fuit. *Brenner* montem altum indicat. Pyrenæus Celticum est: quod Romanorum pronunciatio deformatum haud dubie. Nec ambigo, quin etiam *brennen* *ardere* ex eodem fonte sit deriuandum: adscendit enim ignis, eminet, atque emicat super omnia. Ab hoc vero Latinorum pruna prouenit. Quod iis peregrinum vix videbitur, qui e *Dionysio Halycarnasseo Lib. I. Antiqu. Roman. c. 89.* tenent, ad Romuli asylum insignem Celtarum Germanorumque manum peruenisse. Quo factum, ut lingua Romulidum e Græco ac Celti-

(\*) *Fron*-Leichnam est dominicum corpus, *Fron*-Ulltar dominicum altare, *Fryg* domina, seu frea, *Frohnen* dominicam operam facere,

Celtico sermone coaluerit : quod *Pezron* doctissimus in Gallia Abbas in tractatu, quem de antiquitate nationis & linguae Celtarum Parisis vernaculo semone anno 1622 in publicum emisit , fere olfecit. In eo tamen a viro clarissimo haud temere recedo , quando a framea vocem fremere deduxit. Tam enim hoc est inficetum , quam cum a fremitu deriuatur framea , aut a frendendo.

## §. VII.

Id autem levidens videtur , quando nonnulli litterarum f. & b. commutationem ferre nolunt. Est enim notum, Allemannos dicere *Psaffen*/ *Saxones Papen* / alios *fassen*. Beta, ph. *Bryta f. ob* varias caussas miscentur , ac per mutantur. Taciti framea *Francis brunia*, itemque *bronia* appellatur. *Danis brynthwara*, seu *spiot*. Postremum *spiot* & nostrum *Spies* / sive *spios* / idem significant. *Thwara* Germani *Wehr/Gewehr* nominant. Quod ex parte *Magnus Olaius* in Lexico Runico vidit : omnium autem optime *Thomas Bartholinus*, Thomae filius, *Haffnienis Academiæ Professor* demonstratum dedit, qui eiusmodi *Brynthwaram antiquitatum Danicarum de cauiss contempta a Danis adhuc gentilibus mortis Lib. II. cap. VII. p.365. lit. A.* æri curavit incidi.

## §. VIII.

Vnum est, quod nonnihil dubii relinquere in animis legentium possit. Constat quippe, *Cangium*, *Spelmannum*, *Pithocum*, *Lindenbrogium*, secundum veteres glossas, *bruniam* pro lorica venditasse: ac pauci sunt, qui ab hoc significatu sese alienauerint. Sed ego vero in alia omnia eo & *bruniam* esse illam Francorum Teutonumque frameam non sine cauissa adfirmo. Vix enim aptum ex nomine indicium sese prodit, quare *brunia* significare loricam debeat. Quanquam enim sunt, qui a voce *berennem*

circum dare deducant ; tamen hæc vox ab armis potius, quamarma ab illa videntur originem sumisse. Ut autem frameæ speciem exprimat , rationes sat graves sunt, quas adduximus. Nec prætereundum, ipsum tandem *Pithocum*, qui loricam interpretatus est, de eo significatu dubitasse. *Veteri enim inquit*, in Glossario Salico p. m. 710. *Saxonum lingua Bryn galeam notasse inuenio.* Rectius rationes subduxisset si frameam, uti ostendimus, per brynnam , seu bryntham indicari scripsisset. *Isidori* testimonium , qui sæculo VI. vixit , quamvis non probemus absolute , tamen ut ille contra ceteros accipimus , qui loricam sibi imaginantur , quum is gladium ancipitem , seu rhoraphæam interpretetur. *Isidori* autem tempore bruniæ , seu bruneæ in usu fuerunt : cuius descriptio saltem thoracibus non favet . Gladii ancipites , seu rhomphææ facilius cum framea confunduntur , si demas hastile , seu contum , quam loricæ cum gladio . Laudatus *Bartholonus* vero ex *Eigil's Saga* evidentibus signis probat , per brynthwaram hastile intelligi . Scaptid var eighærra en tacka matti hendi til fals ok furduliga digrt , jarnteim vari falnum ok scaptia allt jarnvafit . Van spiot voru Kollut brynthuarar: hoc est , eodem Bartholino interprete . *Hastile non longius erat , quam ut praedictum interstitium attingi possit manu.* (erecta , extremo hastilis in terram defixo) *Interstitium oblongum fuit & ferreum.* *Lignum laminis ferreis circumdataum erat.* *Istiusmodi hastæ dicebantur Brynthwahræ.* Hæc descriptio maioris mihi auctoritatis videtur , quam omnium Lexicographorum sine auctoritate loquentium consensio; in primis , cum etymologia bruniæ robur conjecturæ addat . Accedit , quod loricis veteres non videntur usi : Vests e circulis ferreis contextæ recentioris æui sunt . In arcu triumphali , qui haud procul ab Arau sione est repertus , quemque

que Iosephus de la Pise exacte depingi in *historia Prin-  
cipum Aurasionensium.* p. 17. curauit, quod is prælium Ma-  
rii cum Cimbris commissum satis affabre repræsentaret,  
non apparent loricæ, non thoraces, sed hastæ, Danorum  
ac Gothorum brynthis similes, & Francorum frameis.  
Posteriori tempore, non diffiteor, chalybe pectus contra  
gladiorum ictus ptæminuere: neque hoc statim inualuit,  
sed tum demum, cum thoraces e bubulo corio ictibus  
exciendis non viderentur sufficere. Et n'e lorias Germanis vel Francis v'sitatas sine teste me negare dicas, ecce Agathias apposite Lib. II. histor. *Parabilis*, inquit, est quantum intelligo gentis illius (Francicæ) armatura, nec multis opificibus indigens, sed ab ipsis, quibus gestatur, facilis, si quid laxatum sit, reconcinnari. Lorias & tibialis plane ignorantia caput plerique, pauci galeati præliantur. Tacitus paucis Germanorum loricas tribuit; in quibus sine dubio ii solum fuere, qui Rheno proximi, aut nostri intuitu habitarunt trans Rheum. Quod arguento est, falli omnes bruniam pro loria habentes. Ceterum nec brunia galea est: quod Lutherio, Pitheo, Meibamio in mentem venit, atque Strauchio in Dissertationibus ad Taciti Germaniam p. 65. itemque Vossio de virtutis latini sermonis p. m. 60. 73. maxime cum in legibus Athelstani Regis Anglo Saxonis galeæ a brynnis, seu byrnis distinguantur. Nominat is cap. XXXI. *Byrne and Helm/ und vserguldñin Schwerd/* id est, byrnam & galeam & inauratum gladium. Cui adiicias licet versus Otfredi Evangel. lib. V. cap. I.

Ist uns das giristi  
Brunia a la festi,  
Ioh ist uns helm, ouch ubarthaz  
Ioh Wafan a la Wasaz

Nec

Nec prætermittenda charta apud *Albertum Miræum Cod. piar. don. cap. XXI.* ubi legitur: *Bruniam unam & Helnum cum halberga cetera*, idque repetitur post paucas lineas. Quibus præpositis aliter nunc , ac vulgo fieri solet, verba diplomatis, quod *Stephanus Baluzius* in Appendix ad notas *Capitularium* edidit, quodque *Carolus M. Ioanni* cuidam Saracenorum victori dedit, expono: *Et inuenimus in ipsa epistola insertum*, quod *Iohannes ipse super hereticos siue Saracenos infideles nostros magnum certamen certavit in pago Barchinonensi*, ubi superauit eos in locum, ubi dicitur ad Ponte, & occidit iam dictos infideles, & cepit de ipsis spolia, aliquid exinde dilecto filio nostro obtulit, equum optimum & brunia optima & spatham Indianam cum techâ de argento parata &c. Brunia optima sunt frameæ, seu hastæ optimæ: quemadmodum in omnibus Capitularibus & formulis, vbi id verbi occurrit.

## §. IX.

Sed iam vero usus excursus de framea ostendens est: quod facio. Hasta quippe apud Germanos & veteres fere omnes regiæ, vel publicæ potestatis insigne fuit. De aliis gentibus locum *Iustini Lib. XLIII. cap. III. n. 5.* memorabilem cito: *Per ea adhuc tempora (cum Sabinæ raperentur) Reges hastas pro diademate habebant*, quas *Greci σπῆτρα dixerunt*. Nam & origine rerum veteres pro Diis immortalibus hastas coluerunt: *Ob cuius religionis memoriam adhuc DEORUM simulachris hasta additur*. Hinc Homero Reges dicuntur Σεντέσχοι. Plura Turnebus advers. *Lib. XXII. cap. XII.* congesit; vbi tamen in erroris insidias incidit, quando mulieres non solitas hastas gerere adfirmat. *Berneggerus ad Iustini locum Apollinaris Carm. II. v. 432.* allegat: ego numum commendando, quem *Carolus Patinus* vir celeberrimus in *Thesauro* exhibet, in quo Amazones cum hastis & bipennibus

nibus, aut pelta contra Turnebum testimonium dicunt. Et hic vero ab Arriano deceptus est, qui Amazones secures, vice hastarum, gesisse docet lib. VII. de Alexandri expeditione, cuius verba, quia nimis videntur longa, studio omitto; atque interea Hippocratis ei testimonium in libro de aere aquis & locis, oppono: ἦτε οὐταί τε οὐτις τοξεύει οὐτις ἀκοντίζει οὐτό τοῦτο οὐτων. Equitantque & arcu sagittas excutiunt ac hastas manu torquent. Nullus dubito, quin inde etiam venditio sub hasta apud Romanos sit deducenda: bona enim publica auctoritate venientia hasta posita, praecone prædicante, plus licitantibus addicebantur: quod Junius Rabirius libro singulari de hastarum auctionumque origine copiosius ostendit, quem Joannes Georgius Grævius Tomo III. Antiquitatum Romanarum inseruit.

## §. X.

Germanis vero adeo illud auctoritatis familiare signum fuit, ut, quemadmodum supra e Tacito probauimus, tum demum pro parte Reipublicæ haberentur iuvenes, si frameam, hoc est, hastam accepissent. A quo more non videntur recessisse maiores nostri, cum sibi Reges ex virtute, ac deinde e nobilitate sumerent. Gregorius Turonensis de Guntrammo Rege Lib. VII. cap. XXXIII. *Data in manus Childeberti hasta, ait: Hoc est indicium, quod tibi omne regnum meum tradidi. Ex hoc nunc vade & omnes ciuitates meas, tanquam tuas proprias, sub tui iuris dominationem suscipe.* Idem de eodem Amorus tradit Lib. II. cap. LXVIII. *Hastam, quam manu gerebat, nepoti tradidit, inquiens: Hoc amantissime nepos indicio noueris, te mihi successorum in regno.* Id amplius obseruandum, hastam, sceptrum, virgam, baculum, fustum eiusdem significatus esse. Non opus est in hanc rem nouis argumentis. Adrulit adamantinus *Cangius*

B

quam

quam plura, quæ non exscribo: nec defuit in hoc demonstrando *Chiffletius*, cuius Anastasii Childerici evolus precor p. 106. His iam scriptis, deprehendi, in dubium vocari a nonnemine *Chiffletii* opinionem: quod sceptrorum alia figura sit atque hastarum, seu faramurum. At statim quoque animaduerti, non esse videndum, quid peregrino sit adiectum artificio, aut etiam domestico, quam quæ initio fuerit sceptrorum & baculatorum forma. Ipse *Chiffletius* varias imagines Francorum Regum cum sceptris exhibuit, quæ in summitate saepius in frameam desinunt: vt alia exempla omittam. Ceterum moneo, effosso cum Childerici feretro annulos Regis huius effigiem, cum framea seu hasta, quam manu tenet crinitus, præ se ferre.

## §. XI.

At nunc nonnihil superaddam, quod *Chiffletius* non vidit, & si vidisset, copiosiori forte commentario illustrasset. Est illa hasta signifera. Vti enim Romani hastis suis; ita gentes fere omnes, & in primis Franci regiae virgæ funem primum, deinde linteum particulam in extremitate adiecere. Ab hoc signa militaria vexilla denominabant, vti Germaniæ populi a bando, binden / fanon eius generis hastas *Fähnen / Panners / Banniers* appellasse certum est. De fune hastis alligato varia norata digna e Romanorum annalibus in medium adulit *Henricus Dodwellus* in doctissima dissertatione, quam post eius fata *de Parma equestri Worwardiana* in vulgus ante biennium edidit Thomas Hearne. Germani quodus operimentum, aut linteum, fannonis nomine insigniunt. Ipsa mappula *Otfrido* Monacho Wissenburgensi *Lischfahnon* dicitur. Sacerdotis indumentum vulgo phanonem appellari *Rhabanus Maurus* de institutione ele-

ri-

ricorum cap. XVIII. adfirmat. Fallor, an *Mesgewand*/ siue *Mesgefand*/*Gewand*/ eius rei indicium præbent? Minimum id puto apparere, non esse, quod quis magno labore originem vocabuli fanonis , seu *Fähnen* / *Panner*/ vestiget. Saxones littera *p.* vtunrur , vbi Allemanni *f.* usurpant , seu *ph.* In hoc autem ad unum consentiunt omnes, hastam linteo , vel alterius panni frusto superne ligatam fanonem , seu *Fähnen* fuisse dictam. Iam vero pro explorato habemus , præcipios ex nobilitate & qui de republica bene merebantur , aut pars eius fiebant, eiusmodi framea a plebeis se se creuissse. Hinc Regibus quoque vexilla legimus prælata. Adscribam *Gregorii Turonensis* locum illustrem de *Guntramno Rege Lib.VIII.cap.I.* Sed cum ad *Aurelianensem urbem* venisset, procepsit in obuiam eius immensa populi turba cum signis atque vexillis , canentes laudes. Eodem honore postea populus Episcopos, vtpote Dominos suos, affecit: quod ex eodem Turonensi facile foret ad demonstrandum. Hic mos in quam plurimis ciuitatibus hodienum perdurat: eaque de re exempla prostant infinita. Lege iterum *Salmasum* ad Vopiscum loco supra allegato.

## §. XII.

Sed ad alia properamus. Animum namque , induco, veteri Gothorum Germanorumque omnium lingua dominos fan , fanins esse propterea appellatos. Est in versione Vlphilæ Luc. I. v. 28. *fan mith thus* Dominus tecum: & Matth. VII. v. 26. *Managri quithand in gainamma daga:* *Fan,Fan.* Manche werden an jenem Tage sagen Herr Herr. Quethan, Allemannis atque Helvetiis in primis, dicere significat, seu canere. Et notat *Franciscus Iunius* in *Glossario Gothicó* , gentes Septentrionales supremum numen nomine Fan honorasse. Quod iis persimile veri videbitur, qui Tansanam in Mariis,

de quo templo *Tacitus* nonnulla filo confignauit, in memoriam sibi reuocant. *Tanfan* est DEus in luco inter abieres. At nec pueris obscurum est, maiores nostros lucos ac nemora consecrasse. Quod de Tanfana ad firmamus primus *Loccenius* in Antiquitatibus Sueo-Gothicis animadvertisit, & ex eo *Hertius* in *notitia Veteris Germaniae popularum cap. III. n. VI p. 33.* Nostrum est, addere in transcursu locum *Tanfanæ*, cuius vestigia etiamnum supersunt. Ac faciam id quidem Clarissimi *Hermannii Adolphii Meindersii* verbis, qui in dissertat. II. de Religione Saxonum gentilium p. 125. *Durat*, inquit, adhuc nomen *Tanfanæ* in veteri vico *Borgholzhausen* / prope arcem vetustam: sive castellum *Ravensberg*, unde totus Comitatus nomen habet. Quod vulgus, sive incole *Dempfpanne* vocant, prope ecclesiam *Parochiale* ibidem: & putant, locum, iam aquis repletum, extinguendis ignibus olim fuisse consecratum: sed male, & contra usum vocabuli Germanie. Quis enim tamen locum aquis plenum eine *Dempfpanne* vocat? Vocabulum illud absque dubio a *Tanfanæ* celeberrimo in Marsis templo defunctum & corruptum a vulgo, antiquitatis patrie & vetustatis ac historiarum ignaro. Id solum latuit: Virum doctissimum, Fan DEum, seu dominum signasse. Quo obseruato diffidium facile euanescet, Deane fuerit, an DEus, quem coluere Marci. Nec ambiguum erit amplius, quis fuerit Malouendus Marsorum Dux, de quo *Tacitus Annal. Lib. II. cap. XXV. n. 2.* nonnulla memoriae prodidit. Malovendus est Satrapa Marsorum. *Malillus*, *Maal* / significat iudicium, legem, sive iudicii locum. Vendus est nostrum Fan, *Fand* Fend. Nec de nihilo videtur, quod amplius adiicit *Iunius*, Gothos cum superstitione pristina se abdicassent, & Christianæ religioni nomen dedissent, malo genio *Fani* elogium reliquisse.

Qui-

Quibus in luce constitutis non possum non de Sarmatis, ac Venetis populis occasione vocis *Fan* inspergere aliqua, fortassis non iniucunda. Nam & illis *Pan* vocatur dominus. *Panewiz* est filius domini: Banum Croatiæ nemini reor ignotum. *Panowie* appellantur apud Polonus *Herren*: & quod memoriae imprimendum, non omnes ingenui eo titulo superbiunt, sed regni Senatores. (\*) Quod qui mirantur, ii sibi putent dictum, tam Teutonicum, quam Slavonicum idioma multa quotidiana vocabula e Scythica lingua mutuo sumfisse: &, nisi tum acquiescere velint, cogitent obsecro, plura eorum diligentiam fugere, nec pauciora captum transcendere. Atque iecirco bene agent, si *Lucilius*, quod *Gellius* nobis seruauit, fragmentum interea bene penitent:

Verum hæc ludus ibi susque omnia deque fuerunt  
Susque & deque fuere inquam omnia ludus iocus-  
que.

Quibus autem otium rippet, iis auctor sim suasorque, ut de Faunis, de Siluano, de Fanis, de Venere perplura curiosius anquirant: nobis iam non licet esse adeo felicibus.

### §. XIII.

Magis enim est, vt de feudis vexilli paulo agamus. Iuculentius, &c., post varia adnotata, lucem affundamus obscurioribus. Igitur pono primum, idque concedi mihi postulo, Reges Francorum, & qui in eorum locum quadrantes successerunt, Reges Germaniae beneficia & feuda maiora vniuersa itemque singula cum potestate, quæ expressio illius regiae auctoritatis est, & vel proprio, vel Domini nomine exercetur, vasallis hominibusque impertiuisse suis. Traditione potestatis ac iuris, quod ad res incorporeas pertinet, in re præcipue absenti symbolum, seu signum videbatur eo in primis tempore fla-

B: 3) gita.

(\*) Confer: *Tenzelii colloquia mensura* a. 1510 CXCIII, p. 147. seq.

gitare, quo morum quædam regnabat simplicitas. Signum regiminis hasta est, framea, virga, baculus, fustis, vti demonstrauimus. Hastæ alligatum erat signum, linteum, pannus, pannulus. Quocirca relinquitur, vt feudum potestatis in Regno non nisi per vexillum, seu hastam signiferam ordinarie tradi potuerit, atque simul terra, cui officium erat adnexum.

## §. XIV.

Terræ mentionem studio fecimus, non quidem, quod totus semper tractus vasallorum dominio ac proprietati fuit addictus; sed quod in eo exserere illa se se potestas debuit, quam a Rege accepere. Quis enim dixerit, torius terræ Dominos factos fuisse Bauariae, Saxoniæ aliarumque prouinciarum Principes? Solus Turcarum Imperator tali in suos imperio dominioque pollet. Germania Vasallis satis erat, frui, in præmium laboris, non nullis beneficiis: cetera imperio potius, & auctoritate adtingere, quam proprietate complecti. Quod & Capitularia docent. Quibus animaduersis, plures sane errores deuitantur, iisque periculosi, & obscurandæ feudorum ac publici iuris disciplinæ apti. Interea nemo diffitebitur, & feuda cohærere terris & terras feudis. Honor, quo Rex suos dignatur, ad certos tractus, pagos, & prouincias interdum adstrictus est. Honorem dico, non tantum, quia veteres ea voce vñ sunt, sed & quia is, qui tali beneficio donabatur, munus publicum regni subibat, cui honor, potestas, yeluti comes indiuiduus, erat adiunetus. At istud vero hasta signifera tradebatur, & cum eo simul terra, qua vel frui vasallus, vel præesse eidem cum imperio debebat,

## §. XV.

Igitur tot cum vexillis occurunt uestituras, tot traditiones cum hasta, a qua flammula in Germania regno; aut aberat nunquam, aut raro. Ita Faustus in vita

vita S. Mauri de Theudeberto Rege: *Vocans ad se nepotem ipsius Flori, nomine Andranum, dedit ei per sceptrum regale, quod manu gestabat, quæcunque Florus prætrus eius ex regali possederat dono.* Antea vero obseruavimus sceptrum, virgam regiam, baculum, hastam, fustum illo tempore promisice sumi. Nunc *Ditnari* locus excutieundus est, qui, quod hactenus adstruximus, perspicue monstrat. *Henricus II.* inquit p. m. 377. inde per *Turingie*, orientalisque fines *Francie* transiens ad *Ratisbonam* venit, ibique, regali habito placito, militi suimet, generoque *Henrico XII.* Kalend. April. cum omniun laude presentium, cumque *hasta signifera* Ducatum dedit. *Otto Frisingensis* vero Lib. II. cap. V. ad morem curiae hisce verbis prouocat: *Est consuetudo Curiæ, ut regna per gladium, provincia per vexillum a Principe tradantur, vel recipiantur.* Idem *Frisingensis* de singulari inuestitura a Lothario & Innocentio II. peracta L. VII. cap. XX. verba faciens: *Præteren, inquit, in dando Ducatu Apulia Reginaldo, seu Ranulfo viro forti ac nobili, inter Imperatorem Lotharium & Romanum Pontificem pane controuersia orta fuit, vtroque Ducatum Apuliae sūfere iuris affirmante.* Quæ lis consilio tandem hoc modo decisæ dicitur, ut in dando Duci vexillo eterque manum adhiberet. Posset aliquis hanc inuestituram simultaneam vocare activam: quod, nisi me animus fallat, tanquam peculiare iam *Schiltern* in *Commentario* ad *Ius Feudale Saxonum & Allemannicum* animaduertit. Eodem referenda *Friderici I.* Imperatoris constitutio in fauorem *Henrici Austriæ* Dicis, Ratisbonæ a. clCLVI. data: *Dux Austriæ principali induitus ueste, superposito pileo Ducali, circumdato seruo pinnito baculum habens in manibus* (hoc est, interpretante *Ioanne Jacobo Chiffletio*, in *Commentario Lothariensi* p. 97. ha-

haftam signiferam) *equo insidens & insuper more aliorum Principum imperii conducere ab imperio feuda sua debet.* Nam et si nonnulli Austriacum istud diploma falsitatis arguere presumunt; ego tamen nunquam inducere animum potui, ut temere ad firmantibus calculum adiicerem. Nec vilipendendum, quod in diplomate Wenceslao primo Luxemburgico Duci a Carolo IV. Metis a. cl<sup>o</sup>CCCLIV. dato legitur: Decernit enim, ut *Wenceslaus frater Dux & eius heredes ac successores Luxemburgi Duces, Ducatum seu Principatum Luxemburgensem ab ipso, nec non Serenissimis Imperatoribus, seu Regibus Romanis successoribus suis & ab ipso Romano Imperio, quoties oportuerit, debitæ solennitatis honore & VEXILLIS, uti moris est, & solita reverentia suscipere debeant;* ut taceam alia atque innumera exempla. Tantum unum mihi succurrit, ubi hasta non vexillo, sed vultu humano fuit ornata. Sic enim de Tassilone Bauariae Duce *Annalista Nazarianus* ad a. I<sup>o</sup>CCCLXXXVII. *Tassilo Ducatum, quem a Pippino Patre quondam accep- rat, Victori filio Carolo redditum cum baculo regiminis ei prius attributi symbolo, in cuius capite similitudo hominis erat, & effectus est Vassus eius.*

### §. XVI.

*Quæ cum ita sint, patere iam censeo, unde banni vox sit exorta.* Hasta enim signifera regiminis symbolum est. Bannerium, fanon, bandum cum simul incidunt. Bannire significat præcipere, vetare, citare. Unde Heribannum citatio ad sequelam. Bant nostra dia lecto effertur ein Gebiet / eine Herrschafft. Hinc Bratus bantius, Brabant / aut Breitband / aut Brachbant / Teisterbant. Bannum sanguinis est iurisdictio alta, maior: banniti, banditi sunt personæ e limite imperii nostri electæ, aut tali nota signatae, ut a quo cunque occidi, aut capi & ma-

magistratui offerri ad puniendum possint. Bannales homines sunt ad certum tractum pertinentes. Apud Anglo Saxores *Bunds / bonds* vocantur limites, termini, metæ. *Guilielmus Sonnerus Cantuariensis a Saxonico band / binden* deducit in Glossario, quod Scrip- toribus *Seldenianis*, aut, si mauis, *Twisdanianis* est an- nexum: cui consentit breuis interpretatio, quæ ad calcem nouæ *Matthei Parisiensis* editionis inuenitur. Eo per- nit, quod Glaber Hist. Lib. II. cap. X. tradit: *Multi ibi limites, quos alii bannus nominant, suorum recognoverunt agrorum.* Terminos etenim *banna* nonnullis voca- tos *Spelmannus* vidit, & ex eo *Cangius*, qui addidit plura. Quis enim modos loquendi omnes, qui occasione vo- cis *Band / & banni* invaluerunt, in dissertatione aliquot plagulis constante recensebit? Id notatu in primis dignum, vexilli erectionem in altioribus vrbium, vel castrorum turribus supremi dominii symbolum semper fuisse: quod innumeris illustrari exemplis posset, nisi *Cangius* aliique nobis otium fecissent.

## §. XVII.

Hoc queri dignum, sintne in iudiciis adhibita vexil- la? Et putat doctissimus *Obrechtus* in dissertatione de *Vexillo imperii*. Satis quippe constat, vexillum pro citationis signo hodieque haberi. Quod iis exploratum, qui in ciuitatibus imperii liberis aliquamdiu vixerunt. Sed video tamen, confutari *Obrechtum e Gryphiandro de statuis Rolandinis*, qui hoc negat, quod nusquam iudiciis appensa legantur vexilla: cui id insuper argumenti ad- dunt, celebrata iudicia sub dio, adeoque vexillis lo- cum esse non potuisse. Sed vereor, ut haec omnia con- cludant, atque *Obrechtum*, qui in transcurſu & paucis hac de re egit, loco suo depellant. Legitur enim in Metropoli Salisburgensi Tom. III. p. 501. quam edidit *Wiguleius*

C

Hun-

Hundius , ac multo auctiorem *Christophorus Gewoldus.*  
Abrenunciauit omni querela , quam fecerat super patrimo-  
nium Comitis Sigbottonis -- & hoc factum est - - - sub  
vexillo Ducis Austria duello affixo . Huius rei testes sunt &c.  
insuper omnes , qui aderant sub vexillo Ducis . Quis autem  
nescit iudicis decreto ambiguas disceptationes solitaria  
sæpe pugna finitas ? Nec ab re est , quod obseruat *Ioan-*  
*nnes Locenius* in antiquitatibus Suco- Gothicis Lib. III. cap.  
II. superesse adhuc apud Suecos , Gothorum antiquam  
propaginem, Iudicium Statarium , Standrete seu **Stand-**  
**recht:** quod in eo vexillis in terra defixis ius dicatur . A-  
pud *Heluetios* inter milites , & vbi notissima crimina sunt  
punienda confessim , idem obtinet . Vnde per se conci-  
idunt , quæ aduersus *Obrechtum* de iudiciis sub dio cele-  
bratis afferuntur . Hoc enim magis firmat , quod animo  
intendimus . Nam quia sub dio , aut in campo iudicia ,  
etiam signis locus , ut agnoscit & inueniri posset , debuit no-  
tari . Vnde & mallus a *Mahl* . Signum autem vel lapis ,  
vel arbor , vel hasta signifera , vel crux etiam cum gladio .  
Ex eo est , quod *S. Rembertus* in vita *S. Ansebarii* cap. XVI.  
eiusmodi placitum scenam in campo ad colloquium para-  
tam appellat . Iudex ad id signum præstabat iniurandum ;  
& quidem manu exserta . Vnde forte ipsum iudicium  
dictum *Handmahl* / arguente *Antonio Matthæi* in notis  
ad *Chronicon Egmondanum* p. 220. quamuis non nesciam  
paullo aliter hac de re sentire doctissimum Iuuenem  
*Brummerum* de Scabinis cap. V. §. 3. Addo , ac fortassis  
non sine cauſa , in Frisia leges *Vbstallbomicas* occurrere ,  
dictas a loco *Vbstallboom* , vbi arbor erigebatur , seu li-  
gnum , es wurde eine hohe Stange / oder Baum aufgestel-  
let / prope Auriam , arbor signo , credo , flammulisque or-  
nata . Ea de re consulendus *Vbbo Emmius* Lib. II. Rer.  
Fris.

*Frisc. p. m. 27. & Lib. XIII. p. 190.* In iure prouinciali Saxo-nico nonnihil occurrit de hasta , seu ligno malli Magis-trum. Est & epistola in Bibliotheca Imperatoris, tra-dente Lambecio L. II. Commentar. p. 93. nomine Rei-publice Florentinæ ad Carolum VI. Galliarum Re-gem perscripta , cuius talis subscriptio : Serenitati ve-xilla deuotissimi seruitores & filii priores artium & vexillifer iustitiae populi & communis Bononensis. Ac no-tat Poggius Florentinus in funere Leonardi Aretini, eum functum summis Magistratibus ciuitatis. Magistratus autem vexilla vocat. Bis, ait, ex decemuiris summo fauore ciuium factus fuit , vexillumque societas tribus gesit ac ex Prioribus unitus est creatus. Ad id quoque ( quod præcipuum est in ciuitate) vexillum peruenisset , nisi mors vivendi finem adtulisset. Orationem Poggii Baluzius edidit Tomo Miscellaneorum III. Similia fere animaduertun-tur in subscriptione litterarum Bononiensium ad Bartho-lomæum de Lanfrancis : Antiani Consules & vexillifer iustitiae populi & communis Bononiensis. Addit Antonius Matthæi in tractatu de Nobilitate Lib. IV. cap. XXVIII. Et fere ubique id obtinuit. Saltem apud Heluetios , & Bernates cumprimis, Bandereti, seu vexilliferi Vrbis am-plissima olim potestate dicuntur prædicti: de quo nonnihil Simlerus adnotauit. Ceterum caue putas, me minus apposite, quod in Germania obtinuit, probare ciuitatum Italæ exemplo , aut Gothorum Suecorumque. Sunt enim Gothi veterimi Germanorum ; & quod cum ma-xime notandum, Italæ ciuitates , post pacem a Friderico Barbarossa Constantiæ obtentam , eodem fere modo ac Teutoniæ oppida libera sunt gubernatæ : quod e fabulis pacis Constantiensis perspicue elucet. Cui non obest, ni-hil horum obseruari in iudiciis hodiernis. Id namque tam parum probat, quam si quis adfirmaret, non animad-  
C 2 uerti

ueri nostro tempore inuestituram per vexilla, siccirco eam nec olim obtinuisse vñquam & vñquam. Neque vero dubito, vexilla in iudicis fere desissit, quando in basiliis ius dici coepit, inque atriis ecclesiarum, choro, aut etiam curiis tectis munitis, &c, contra prohibitions iteratas, continuavit. Mansit tamen mos, vt vexillis conuocarentur homines, si quid magistratus auctoritate iis esset publicandum. Vltraiecti hastam erigunt eo loco, vbi capite puniuntur malefici. In ceteris iudiciis baculis vñ sunt, hodieque multis locis vñruntur. Vnde, cum iurant, manum baculo iudiciali admouent ligaculo haud raro ornato. Frangitur quoq; bacul⁹. Archiepiscopus Moguntinus inuestitur mit den Stabgerichten / quod e diplomate posser demonstrari, quæ ex parte Comitibus Glichenibus aliisque in subfeudum concessit. Vid. Lunigii Teutches Reichs Archiv Cont. II. part. VI. p. 60. Nec scio, amon in legibus Ripuariorum & Francorum capitularibus regius mallus inde sit dictus *Staplum, Stabolum, Stapholom.*

### S. XVIII.

Quibus rite pensitatis consequitur, vt, qui potestate & auctoritate alii præerant, vexillis sint donati, siue militare imperium acciperent, siue civile, adeoque domini essent, Duces, Principes, Comites, Barones: de quo copiosig postea. Et ita autem non solum Bannerii nominabantur, qui milites in aciem educebant; sed & qui imperabant, ius dicebant, & banno, bando auctoritate præibant. Vnius rei plures possunt esse causæ: nec absonum, banni vocabulum eam ob rem factum πολύτημον. Quocirca recte Schlegelius, vir clarissimus, dissert. de numis Isenaciensibus, p. 7. comicit, fuisse vexillum symbolum in Landgraviorum Thuringiæ numis rite ipsi ab Imperatore collati feudi auctiæ possessionis suorum principiatum. Quamlibet enim sicut, qui ex eo subuertere hanc sententiam velint, quod ipsi

ipſi etiam Reges atque Imperatores equo vecti vexillum  
vibrent; parum tamen ea mihi concludere ratio vide-  
tur. Quae enim vasallis tribuitur potestas, imago illius  
supremi est imperii, quod Regi competit. Quamobrem  
regius bannus dicitur, quem ex ipfius manu accipiunt  
vasalli, seu clientes: quod in sequentibus confirmabitur lu-  
culentius. In eo autem vix errant, quando etiam Re-  
gum hastas vexillaque imperii symbola dicunt & agno-  
fcunt.

## §. XIX.

Sed nunc vero ansa nobis suppeditatur inquirendi,  
num Reges quoque clientelares, seu fiduciarii vexillis  
ſint inuestiti. Evidem *Ottonis Fribingeniſ ſocus*, quem  
§. XV. in medium adulimus, contrarium indicat, vbi  
regna tradi gladio dicuntur. Cui *Guntheriſ in Liguri-*  
*no* ſuffragatur, *Lib. I. v. 545.* quando de Dania Regis in-  
ueſtitura canit:

Huc etiani geminos Petrum ſimuli atque Guidonem,  
Danorum Proteres, quos inter ſanguine iunctos  
Mouerat eiusdem regni diſſenſio litem,  
Euocat ac tali cauſam ratione diremptam  
Terminat; vt quaddam prouincia tota Guidoni  
Cederet, at regnum cum nomine Petrus haberet.  
Ergo vbi vexillo partem, quam diximus ille,  
Hic autem gladio regnum ſucepti ab ipſo  
(Hunc etenim longo ſeruatum tempore morem  
Curia noſtra tenet) poſto diademate Petrus  
Regali dextræ tulit alti Principis enſem.

Deprehendo tamen Bohemia Reges vexillis inue-  
ſtitos. Quod inde cum maxime probo, quod in eorum  
privilegiis a Friderico III. Imperatore recenſearur, vt  
dum *Rex Bohemia cum Rege Romanorum seu Imperatore*

*Regalia, seu inuestitaram cum solennitate, & Banderis  
sibi conferri petierit, ut solennitatibus expletis Regi mini-  
me lesa, fracta, aut lacerata restituantur, quibus hospiti-  
um suum a solio Cœsareæ Maiestatis reuertatur.* Tabulas  
integras *Balbinus* in *Milcellaneis* p. 109. in appendice  
documentorum exhibit. *Caussa hui⁹ rei ea videtur subesse,*  
*quod Bohemia prouincia Regni Teutonici sit, & ex con-  
sequenti Bohemus de illius partibus inuestiatur: quod*  
*e litteris eiusdem Friderici III. patrio idiomate Vladislao*  
*a. 1467. datus clarum fit: Wann nun / als wir in unserer  
Kaysерlichen Majest. gezieret gesessen seyn / für Uns kom-  
men ist der Durchlächtig Vladislauß König zu Böheim/  
des heiligen Römischen Reichs Erzschenk und Churfürst  
z. mit seinen Panieren und Landen / zugehörenden zu der  
Cron und dem Königreich Böheim / gezieret mit seinem  
Churfürstlichen Kleid / als sich gebühret: und hat uns  
angerufen und gebeten/ daß wir Ihme das Cursfürsten-  
thum mit der Cur und dem Erzschenk-Ambt des heil.  
Römischen Reichs/ zu der Cron zu Böheim gehörig / mit  
samt seinen Marggräffschäften geistlichen und weltlichen/  
Erzen/ Bergwerken/ Geleiten/ Wildbahnen/Waydens-  
reien/ Zollen/ Ehren/ Rechten/ Würden/ Zierden/ Hohen/  
und Niedergerichten/ Gerichtszwängen/ und allen andern  
Herrlichkeiten/Rechten und Gerechtigkeiten/ zu der gemelten  
Crone Böheim gehörende/ zuliehen und zu verleyen genä-  
diglich geruheten zc. Dania regnum e contrario non  
pars imperii Germanici est, sed per se subsistens: quemad-  
modum Neapolitanum, quod a Pontifice Romano tan-  
quam beneficium recognoscitur. Et ne obuertas,  
forte recentiori aetate morem investiendi per vexilla  
Reges Bonemiar, irrepisse, noto, iam Fridericum II. in  
privilegio Basileæ a. cl CCXII. die XXV Septembris exara-  
to, eius rei ac prærogatiuæ, ne videlicet in vulgus di-  
scer.*

cerpenda spargerentur signa, mentionem fecisse: quod celeberrimus *Hertius* in dissertatione de renovato Rom. Germanici imperii & regni Bohemia nexu Sect. III. n. II. non animadvertisit, ad solum Friderici III. privilegium provocans. Sed *Weteslavinus*, qui priuilegia Bohemiarum peculiari & grandi MS. compilauit, quem sectantur *Eisenius*, *Goldastus*, *Balbinus* merito id Friderici II. benignitati vindicant. *Hertium* decepit *Balbinus*, qui in Miscellaneis istud documentum non adtulit: quanquam in rerum Bohemicarum epitome p. 252. eo digitum intendit, & contenta refert. Fridericus III. priora confirmavit, quædam de suo adiecit. At hinc vero eveniebat, ut Rudolphus Ottocaro, quem, inspectante ex utraque Danubii ripa tam Bohemiarum quam Teutoniarum exercitu, solemni ritu de terris ac feudis suis inuestiebat, bina vexilla Principi acri & superbo, *Dubrauium* referente, restitueret, quinque auferret. *Dubrauium* allego: quandoquidem æqualium Scriptorum nullus hanc περιστω litteris confignauit. *Eberhardus Althaensis* inuestituram plane omittit: ceteri referunt, sed redditionem vexillorum silent *Pulkavam* MS. *Pessina* in Marte Moraico ad marginem citat: & is vero non est ad manus, & si foret, tamen non esset οὐχικός. Vixit quippe Caroli IV. ætate. Hoc noto, etiam Dania Reges, qui a Teutonicis Imperatoribus gladio sunt inuestiti, tandem, cum reuerentiam erga imperium exuerent, Principes vasallos vexillis ornasse. Diploma Woldemari Gerhardo Iutiæ, seu Slesvicensi Ducí datum, ubi diserte vexillorum mentio fit, *Huitfeldius* & *Lunigius* produxerunt. Idem Poloni fecerunt, cum Albertus Brandenburgicus Borussiam primus fiduciario iure a Sigismundo Rege recipieret.

§. XX.

## §. XX.

Magis ambiguæ disceptationis quæstio videtur, an Germaniæ Episcopi, aut Archiepiscopi habeant feuda vexillifera? Absconum namque censeri posset, eos, quibus baculum olim pastoralem porrexit Cæsar, itemque annulum, eoque munus ecclesiasticum confirmauit, repente nunc appellari terrarum dominos, quid? quod vexilliferos. Nec diffiteor, admodum videri inconueniens, quando sceptrō sacerdotes ius accipere fiduciariū deprehendimus, non vexillis, disputare multis, accipiāt ii feuda vexillaria, nec ne? Sed fecit ius feudale Allemannicum, vt digna tractatu quæstio cooriretur. Ita enim illud cap XLII. Alle Bischöfße empfahend von dem Könige Münz und Zölle / und etliche empfahend Bahnen/Lehen/und etliche Gerichte. De quo etsi Schilterus in *Commentario* nonnulla adnotauit; faciam tamen, vt res intelligatur penitus. Nam cum Calixtus II. tandem, post varias altercationes, Henrico V. ius inuestituræ, hoc est baculi annulique signo confirmandi Episcopos, occasione sic ferente, & Saxonia in imperii dedecus collaborante, extorisset, factum est, vt idem Pontifex Cæsari permetteret, & hic acceptaret facultatem concedendi regalia, seu suprema territorii iura per sceptrum. Recte hic illustrissimus Praeful Petrus de Marca de Concord. Sacerd. & Regni Lib. VII. cap. XXI. n. 8. p. 1206. animaduertit, Pontificis majorem hac in re, quam Cæsar's fuisse auctoritatem. Quamuis enim Vir clarissimus Joannes Fridericus Pfeffingerus in notis ad Vitriarrii *Institutiones Iuris publici* Tom. I. p. 1331. existimet, solenni transactione Cæsarem potiorem iuris sui partem remisisse, nec ecclesiæ liberalitate accepisse quidquam; tamen ex illius ætatis annalibus notum est, eam tum temporis fuisse Henrici infelicem sortem, vt post cladem a Saxonibus acce-

acceptam , diu deliberare non posset , quid opus esset factu , quid non ? Dimisit is , fateor , ex sua parte ius antiquum , a Caroli M. temporibus regia auctoritate exercitum , sed dimisit coactus , cum manibus pedibusque fecisset omnia , vt ne legem hanc subire duram necesse haberet . Qui autem non sine animi molestia iure suo cedit , quo per omnem antea vitam se abdicare noluit , is sane , quod odiosum est , quanquam ingratiss , suscipit , & sibi relictum ad alterius nutum in exercitum dedit . Saltem eo tempore non alia auctoribus opinio sedit : quanquam forte res est iniqua , & veteris ævi argumentis contraria . Ut itarationes subducam , ea in primis observatio facit , quod immutationem Calixtus in solennitate inuestituræ adulterit , quam fieri per sceptrum iussit . Supra namque demonstratum dedimus , prouincias , interueniente vexillo , regna per gladium fuisse tradita . Sceptri symbolum in eius generis solennitatibus adhibitum non memini . Id equidem inficias ire non ausim , etiam novæ figuræ sceptrum regiæ auctoritatis esse indicium : teneo hoc scioque . At nego vero , sceptrum , qua ab hasta signifera distinguitur , traditi olim territorii , summi que in eo iuris in Germania fuisse tesseram . Vnde saepe animum cogitatio subiit , quare Pontifex in concedendis regalibus tale signum censuerit adhibendum . Ea de re nemmo , quod scio , aliquid in litteras retulit . Ego causam deprehendisse mihi in Italiæ solo visus sum . Ibi principatus maiores per Sceptra a Papa aliisque conferebantur . Ludouicus Bauarus Imperator Castruccio Lucano Ducatum per sceptrum tradidit . Hoc diploma a Frehero , Kulpiro , Leibnilio productum confirmat . Antiquius vero exemplum in Apulia occurrit , vbi *Wilhelmus Rex Boamundum filium de matre fere rubentem Apuliae Ducatu per sceptrum aureum inuestiuit* . Robertus de monte ad

a. 1181. *Ioanna vxor Wilhelmi Regis Sicilie, filia Henrici Regis Anglorum peperit ei filium primogenitum, quem vocauerunt Boamundum, qui cum a baptisme reuerteretur, pater inuestiuit eum Ducatu Apulia per aureum sceptrum, quod in manu gerebat.* Cui addendum, Paulum II. Pontificem Romanum Borsi Ducis Ferrariensis, cum secundo inauguraretur, dextræ sceptrum ingessisse, quemadmodum Matthæus Palmerius historicus testatur. Vnde mirum non est, in eiusdem Præsulis ordine creandi nouum Duce, hæc legi verba: *Post hæc immediate dat ei sceptrum in manu dextra dicens, accipe virginam directionis & iusticie. Et mox cum Bireto & sceptro osculatur pedem Pontificis.* Quæ omnia non ita velim intelligi, ac si crederem, Germaniae Reges Italæ principes sceptro semper inuestiuisse. Noui, id non esse factum. In litteris Wenceslai ab illustri Leibnitio vulgaris *Ioannes Galaeius* Dux Mediolanensis vexillis memoratur ornatus. Cum Fridericus III. Borsum Ferrariae Marchionem ad Ducis dignitatem primus eueheret, tria vexilla recensentur, quæ obtulerit Cæsari, exsertum ei gladium in manum danti, vti ex æquali eius ætatis scriptore refert *Franciscus Modius in Pandectis triumphalibus p. 160.* Duntaxat hoc adfirmo, sceptri symbolum in vsu fuisse, vbi vel Cæsar's auctoritas non interueniret, vel is se se mori recepto accommodaret, vti *Ludouicus Bauarus*, cum Castrucium Lucanum nouo honore augeret. Et inde autem verisimili concludere mihi ratione video, sceptrum, quo Episcopi a Germaniae Rege beneficia accepte sua, ex Italia venisse. Saltem extra dubium positum est, præscripsisse hoc symbolum in litteris ad Henricum V. Calixtum Papam, qui, vti indicauimus, Italico & suo quodammodo more Ecclesiasticos infeudari voluit. Quo digitum forte intendit *Petrus de Marca*, quem antelaudauimus. Sceptrum vero hodiernæ formæ iam emi-

nen-

nentis potestatis insigne est, quemadmodum hasta, quam eodem sceptri nomine olim insignitam memoria teneamus. Quis enim diffiteatur, Episcopos in feudum territorium cum regalibus accipere? Admodum quippe balbutiuit, nescio quis, Episcopus H. apud *Struckium consil. XII. n. 65.* qui regalia se ab Imperatore feudalii nexus poscidere contendit, non bona ecclesiastica. Rectius adseuerasset, se munus ecclesiasticum Pontificis confirmatione tenere. Regalia intuitu territorii conceduntur, quod proinde a iuribus imperii commode separari nequit. Ex quo itidem claret, quam sint ultra modum acuti, qui *Burgoldensis* exemplo negant, Episcopos recognoscere principatum suum a Cæsare. Nam si *Oldenburgerus*, aut *Burgoldensis* non negat, eos territoria sua Cæsaris beneficio accepta ferre, & territoria Principatum nomine cluunt, non comprehendo, quare magnopere sit disputandum, utrum ab Rege accipient principatus; nisi quidem persubtiliter adfirmes, vocari eos iure suo Principes, non autem territoria Principatus, aut Electoratus. Sed salua res est, cum pro nobis & diplomata & *Ius Allemannicum* quadantenus sententiam dicant: Etliche haben auch Fahnen Lehnt. Quam locutionem ita intelligunt, ac si non nulli tantum quedam haberent feuda vexilli, vti Coloniensis, qui, proscripto Henrico Leone, Westphaliæ Ducatum, Cæsaris voluntate, abstulit, & Arnsbergensem insuper Comitatum aliaque eximii pretii bona per temporum spiramenta ad se traxit. Studio Westphaliae Ducatum inter spolia Henrico Leoni ablata recenseo. Sine dubio enim ab errore proxime absunt qui Westphaliam pro terra immediata venditant, ac *Friderici Barbarossa* diplomate, quod *Aegydius Gelenius*, & *Nic. Schatenus* aliquae cum eruditis communicarunt, solide confutantur. In quo hoc occurrit singulare, quod adfirmat Fridericus,

cus, se *imperiali vexillo Ducatum contulisse Philippo Heinsbergio* summo Coloniensis ecclesiæ Praefuli. Putarem, Cæfarem adhibuisse propterea eius generis symbolum, quod sperneret Pontificis Romani decreta. Est enim notum eundem *Wichmannum Magdeburgensem Archiepiscopum* per baculum & annulum inuestiuisse. Nec olim ystatum, ut qui haberent feuda vexilli, & essent ecclesiastici, inuestirentur quoque vexillo. Ipse *Guntherus in Friderici Barbarossa ætatem congruens Poeta Lib. I. v. 570.* signate sceptrum nominat ecclesiasticorum feudorum omnium symbolum.

*Nec prius electum quemquam de iure sacramendum,  
Quauo sceptro princeps regalia præstet eburno.*

Simili ratione Episcopus Argentoratensis Landgravius Alsatiae est: Episcopus Wirzburgensis Dux Franconiae Orientalis: quod elogium nemo, qui veterum monumenta consuluit, ei existimabit denegandum, & Franconiam Rhenensem, quam regnarunt Salici Duces, ab Orientali sollicite distinguens Wirzburgensis ducatus fines rite regit. Sed inde tamen nollem certo inferre, vexillum, quod in insignibus Wirzburgensis Episcopatus conspicitur, signare feudum vexilli. Habent ecclesiæ ad vnam fere omnes sua signa, vexillaque, quid? quod signiferos. *Quod in cuspidem superne desinat, non probat, non esse ecclesiæ.* Committebant id advocatis & vexilliferis Episcopi, cum in aciem educerentur milites: quod nuper in historia Galliæ euicit *Gabriel Daniel*, & ante eum *P. Gallandius* in libro singulari de *Gallia vexillis*: nec nihil videntur pendenda, quæ collegit *A. Matthæi Lib. IV. c. XXVIII. de Nobilitate*. Id exploratum, superbiuisse olim Ultraiectinum vexillo S. Martini, vt Episcopus Romanus S. Petri, Monachi Dionysiani S. Dionysii, Mediolanensis Praeful S. Ambrosii, Leodienensis S. Lamb-

berti: (\*) & quis nescit Wurzburgenses extollere plus satis vexillum S. Kiliani, cetera? Tanti videlicet sacerdotes, atque monachi faciebant vexilla, vt in templis suspenderent, quin super altare nonnunquam collocarent, iisque, qui ecclesiæ aliquid promisissent, aut donassent, in eius rei confirmationem Sancti sui vexillum porrigerent, ne quis auderet reuocare, quod dedit, aut non stare promissis. Suppeditat eius moris documentum *I. Mabillonius* in appendice *Annalium Benedictinorum* Tom. V. p. 656. e chartulario Siluiaciensi, vbi monachi Archimbalduum V. Dominum Burbonensem tali vinculo ac signo arctius iri constrictum existimabant. Sed missum faciamus Ducatum Wirzburgensem, de quo alio loco differimus, & copiosius forte differemus. Producam luculentius exemplum ex litteris Friderici II. Imperatoris, quas *Wiguleius Hundius* in Metropoli Salisburgensi Tom. I. p. 382. profert, vbi Ulrico Episcopo Patauiensi privilegium confert de feudo vexilli, quod Ludouicus Bauariæ Dux & Comes Rheni Palatinus, Ottonis Illustris Pater Episcopi bono resignauit, & ab eo iterum accepit, quod alias ab imperio recognoverat. Meretur res ut integrum describatur: *Fridericus II. diuina Clementia Romanorum Rex semper Augustus, Rex Siciliae &c. Votis fidelium nostrorum præsternit, que ad manifestos ecclesiistarum usus cedere videntur, de consueta Regiae Serenitatis munificentia pium semper fauorem volentes impendere præsentis æui atque ad memoriam futuræ potest.*

f1a-

\*) Facit ad rem *Hocsemi apud Chapeavill.* iuu Adolpho a Marca cap. 34. locus non spernendus: *Tertio quia vexillum, quod quasi sacrum ierunt ecclesia, sub quo etiam patria plures triumphauerat, laico tangebatur, nisi pro defensione patriæ per Decanum ecclesia solenniter ferendum Mareschalco sollemniter traderesur, præfata communitas præsumbit innadere, ut sub illo contra Dominum dimicaret.*

siatis volumus venire: quod ad instantias & omnibus preces  
 dilecti Principis nostri Vdalrici Patavensis Episcopi, quem  
 in obsequiis & Imperii iam dudum non tantum inuenimus  
 deuotum; verum etiam in sua fidelitatis favorem credimus,  
 imo non dubitamus constantem in antea permansurum ad  
 recognitioem laudabilium meritorum suorum quoddam  
 feudum, quod de concambio antiquitus inter Imperium &  
 Cathedralem Ecclesiam Patavensem de Regali tunc cano-  
 bio sacerdotalium intemeratae Dei Virginis Genetricis M-  
 ria facta, tunc cessit Imperio, quod feudum tunc vexilli n-  
 mine Van-Lehen appellatum Illustris Dux Bauariae quon-  
 dam ab Imperio dignoscitur consecutus: Hoc idem feudi m-  
 dilectus noster consanguineus & fidelis noster illustris Lu-  
 douicus Comes Palatinus Rheni & Dux Bauariae ad pre-  
 ces nostras in manus Regiae Celsitudinis voluntarie resigna-  
 rit, nosque illud in continentis prefato Vdalrico Patavensi  
 Episcopo & sua Ecclesia liberaliter dignati sumus conferre  
 & confirmare. Ipse autem Episcopus solite procurans ec-  
 clesie sua utilitatem ipsum feudum statim titulo legalis suc-  
 cessionis contulit prefato Duci Bauariae ab ipso Episcopo  
 & suis successoribus non ab Imperio ratione feudi, de cetero  
 recipiendum & possidendum. Ut itaque haec apud posteros  
 inconuisa permaneant & perpetua firmitudine obseruen-  
 tur, hoc priuilegium ob dilectionis evidentiam menorato Epi-  
 scopo suaque Ecclesiae induimus sigillo aureo Maiestatis no-  
 strae corroborandum: Testes sunt, Sifridus sancte Mogunt.  
 Sedis Archi-Episc. Egkenbertus Bamberg. Sifridus Au-  
 gust. Henricus Basilienf. Episcopi, Leopoldus Dux Austriae &  
 Stiriae, Bernhardus Dux Carinth. Otto Dux Meraniae,  
 Henricus Nobilis de Nissen, Anselmus de Iustingin Marca,  
 lus Imperii, Waltherus de Gipf Pincerna, Dieto Camera-  
 riis, Philippus de Bolandia, Hadmarthus de Vesin, Henri-

cus de Landorf, Waltherus de Tanneberg, Otto de Marbach & alii plures.

Signum Friderici intuicissimi Regis Rom. & Semper Augu-

sti & Gloriose Regis Sicilie.

Ego Conradus Metensis & Spirensis Episcopus Imp. aule Cancellarius vice Domini Syfridi Moguntinae Ecclesiae Archi-Episc. totius Germanie Archicancellarii recognoui. Aucta sunt A. Domini MCCXVIII. regnante Domino Friderico secundo diuina fauente Clementia Rom. Rege semper Augusto. Anno quarto & gloriose Regis Sicilie vero decimo octauo Datum in solenni curia in Nürnbergk prætaxata XII. Calend. Februario indictione quinta.

De Moguntino Bernhardus Hertzogius in Chronico Alsatensi similia prodidit: de Treurensi Browerus luculentter testatur. Et hæc ad Schilteri mentem Viri nunquam sine religiosa veneratione laudandi maiori apparatu disseruimus. Nunc autem videamus, quid reapse inter feudum vexilli, & sceptri interficit? Quanquam enim modo tradendi, & nomine differunt; non puto tamen in rei veritate aliquid disparitatis observari. Habent Episcopi territoria, habent imperii summa iura, quæ vocabulo superioritatis efferimus, habent iurisdictionem criminalem, merum imperium, in eorum sæpe insignibus gladius conspicitur, habent omnia, quibus Principes faculares eminent, milites & vasallos in aciem educunt, vestigalia colligunt, tributa imperant. Legi nuper litteras inuestituræ a Maximiano I. Ultraiectino Episcopo datas, & tantum iurium complexum deprehendi, vt, nisi hæc summanni arguant potestatem, aut maiestatem analogam, me neisci-  
re profitear, quid summa sit potestas. Cui reine quis he-  
sternam originem tribuat, ostendam perspicue, iam sæcu-  
lo XII. Præfules Germaniæ tali auctoritate præpolluisse.  
Ita enim Casarius Heisterbacensis Lib. II. Miraculor. cap.

XXVIII.

XXVIII. nescio, quo abruptus zelo: *Vix credere possum, qui unquam aliquis Episcopus Alemannia possit saluari, quia pene omnes Episcopi Alemanniae utrumque habent gladium, spirituali videlicet & materialem, & quia de sanguine iudicant & bella exercunt, magis eos sollicitos esse oportet de stipendis militum, quam de salute animarum sibi commissarum.* Quibus adiicias velim, quæ ex Dodechino allegauit *D. Hertius apusc. Tom. II. p. 90.* Cui non aduerfatur *Reformatio Sigismundi Imperatoris*, in qua Episcopis vestigalia denegat, eosque ad priscam disciplinam censuit redigendos. Vanum eius conatum graphicæ depingit *Dattius* in volume de *pæce publica* p. Ac constat ex historia concilii Constantiensis propterea id a Rege habendi cupido fuisse tentatum, vt acciperet superflua, & in rem suam conuerteret diuitias rectius sibi, quam sacerdotibus conuenientes. Sed elusum consilium. Retinuere Episcopi, quod longo vsu habuerunt: ad quem iam Alberti I. tempore apud *Argentinensem* prouocarunt. Nec verum est penitus, terras Episcoporum nunquam appellari principatus. Glossa iuris prouincialis eas vocat *geistliche Fürstenthümer*. Ipse Carolus V. Episcopo Wirtzburgeni certo sensu in publico diplomate majestatem tribuit: quin suppetunt testimonia, vbi respectu subiectorum Episcopi & Prælati naturales domini, sicut alii Principes, nominantur. Quam ob cauſam tandem existimo factum, vt Maximilianus I. in comitiis Wormatiensibus a. 1545. Archi-Episcopos Moguntinum & Colonensem vexillis inuestiuere, copiose id tradente *Bernardo Hertzogio* in *Chronico Alsatensi* p. 153. seq. Quod forte anfam dedit, vt, cessante solenni inuestitura per vexilla, nunc denique & sæculares & Ecclesiastici Principes simili ratione feidis suis per gladium initientur. Fridericus III. adhuc sceptri symbolo usus est, quod e diplomatico a Petro de Marca l.c. commendato claret.

S. XXI.

## S. XXI.

Diximus supra, Principes omnes vexillis fuisse ordinarie inuestitos. At iam de Marchionibus dubium inspergit *Ioannes Jacobus Chiffletius*, quibus non vexillis, sed gladio possessionem traditam in *Commentario Lothariensi* p. 98. arbitratur. Sed rationes, quas adfert, admodum apparent infirmæ. E solis quippe sigillis, quæ *Butkenius* in tropæis Brabantie oculis legentium subiecit, & in quibus Dux Brabantæ Godefridus gladium equo vectus vibrat ac Marchio imperii nominatur, concludit, Marchiones gladio fuisse inuestitos. Cui postea argumentum superaddit non multo validius, quando e titulo Gladiatoris imperii probare satagit, quod semel suscepit defendendum. Ego vero, vt in dubium non voco, Marchiones in sigillis gladiis exsertis conspici; ita nondum comprehendo, quomodo inde consequatur, vt gladiis sint vestiti. Verum eidem est, *Butkenium* exhibere eius generis sigilla: addo, *Olivarium Vredum Balduinum Flandriæ Marchifum*, vt & *Andream Quercentanum Lucenburgensem Comitem* & *Marchionem Arlensem* ensiferos in sigillis repræsentare suis; sed simili habitu strictoque cum gladio comparet *Sigfridus Comes Palatinus de Rheno*, cuius sigillum clarissimum *Toelnerus* inspexit, & in historia Palatina exæte curauit delineari. Quis vero istum Palatinum gladio inuestitum affimat, aut quis adseuerabit vnquam? Ipsi Duces, quid? quod Comites, gladiis euaginatis saepe equo in sigillis insident, quod e *Quercentani Historia Barrensi*, & *Butkenii tropæis*, & *Baluzii* historia Aluernensi facile est ad demonstrandum: at nemo eos propterea tali inuestitos symbolo contendet. Et quid fiet de Marchione Brandenburgensi Adelberto Vrso, qui in figillo, quod suppeditat

E

ditat Cl. *Becmannus* Hist. Anhalt. part. IV. cap. V. p. 540. hasta armatus signifera cernitur? Cui accedit, quod *Otto Frisingensis* gladio tradi regna scribit, non Marchias. Nec prætermittendum, Ducem Lotharingie superioris esse Marchionem Nomenii, eiusque caufa suffragium in publicis imperii conuentibus ferre; & tamen in litteris feudalibus Alphonsi Castellæ Regis & electi Romanorum Regis non nisi vexillorum mentio iniicitur, quibus Fridericus est inuestitus. Has litteras illustris Leibnitius in Codice Iuris Gentium diplomatico ex *Hieronymi Vignerii Historia Alsatiensi* descripsit, & in eruditorum conspectum denuo produxit. Igitur alterum argumentum ab elogio gladiatori imperii desumptum considerandum restat. Et recte in eo rationes subducit *Chiffletius*, quando Brabantiae Duces gladiatores imperii appellat, & simul controuersiam, quæ iis cum Saxoniae Ducibus intercessit, adtingit. At a veritate abludit, quando ensis portatores dici vult, quod gladio sint propter Marchiam imperii inuestiti. Aliud plane elucebit, si quis perpendat, Lotharingiam olim fuisse peculiare regnum, & Principes Lotharingie, vtut cum Germanis sub uno capite coniunctos, seruasse tamen pristina munera, titulos, honores. Ita Treuirensium sumimus Præsul Primas est Lotharingiae & Archi-Cancellarius per Belgicam, Dux Mosellanus Senechallus, seu Archidapifer, Brabantinus Archimarechallus in partibus Rheni, Iuliacensis Camerarius, cetera. Id litteræ firmant Imperatorię, id ansam disceptationibus notissimis dedit: de quibus male cohærentia adferunt iuris publici Doctores, quæ iam non excutimus. Quod *Chiffletum* in errorem induxit, illud est. Putauit is Duces solos vexilla antiquitus, cum inaugurentur, accepisse, eosque κατ' εξοχὴν appellatos vexilliferos, signiferos, exemplo Castruccii Lucani, quem Lu-

do-

douicus Bauartus tali nomine compellasset; nimirum, ut esset vexillifer imperii. Et fateor, in suas *Chiffletium* partes *Cangium*, *Obrechtum*, *Kulpisum*, *Hornium* aliosque viros clarissimos traxisse. Verumtamen ostendit peripice illustris *Leibnitius*, (\*) indicari eo in diplomate vexilliferi peculiare munus, non autem dignitatem Ducis. Quod, præter argumenta a viro laudatissimo excogitata, inde potissimum confirmatur, quod Principes ac Comites quoque vexillis sint inuestiti. *Kulpisius* autem eam maxime ob caussam *Cangii* ac *Chiffletii* expositionem amplectebatur, quia existimabat, Comites Gruningenses, aut Wurtenbergicos hoc munere esse functos, idque proinde ab eodem Imperatore Castruccio Lucano conferri potuisse neutiquam. At quamlibet liti de imperii præcipuo vexillo me nunc immiscere nolim; tamen non putarem, necesse habuisse *Kulpisum*, ut ad hoc asylum confugeret. Castruccio quippe Lucano vexilliferi munus in Italia tributum dici posset, salvo Germanis in regno suo munere. De cetero tropus foret admodum insuetus, Ducem in publicis tabulis signari nomine vexilliferi, hoc est, vt dux & signifer sint synonima, cum tamen & comites vexilla acceperint, & dynastæ, seu domini liberi.

## §. XXII.

Interea, ne quis perperam me pronunciasse existimet, Comites quoque feuda tenuisse vexilli, faciam, ut hæc res in luce constituantur, variaque notatu digna innotescant. Deprehendo namque, dubitasse hac de veritate Viros clarissimos, dubitasse Professorem Wittebergensem *Gribnerum* ad gloriam eruditionis laudabiliter

E 2

con-

(\*) In scripto cui rubrica: Unterschied des Reichs-Haupt-Pannier und des Reichs-Sturm-Zahne betreffend, p. m. 137.

contentidentem. Sed desinent, credo, dubitare, si locum sequentem *Vrspergenis* ad a. *ciclo* CLX. probe penitus tauerint: *Tunc Welfus totam militiam suam in Tusciā mouens, maximum conuentum apud sandū Genesium habuit, ubi Baronibus terrae sceptrum Comitatus cum tot vexillis concepsit.* Quæ verba *Vitum Arenbeckium* in Chronico Baibariorum MS. excerpisse itidem deprehendo. Paria testatur Philippus Sueus apud *Guichenonum* in diplomate Thomæ Comiti de Sabaudia a. 1207. dato, quod nempe feudum suum de manu Imperatoris acceperit & de vniuersis bonis per tria vexilla sit innestitus. Quo testimonio, si quis non probari, quod volo, contenderit, non repugnabo prorsus: aliud enim infra documentum producam indubitatum, quando ventilabitur quæstio, an Vicarii possint conferre feuda vexilli? Quod antequam fiat a *Ditmaro Mersburgensi* tradita, quorum pæne sum oblitus, consideranda propono, vbi Gerhardus Alsatiae Comes feudum accipiens Herimanno Sueviae Duci detractum, vexillo legitur inauguratus: *Gerhardus*, inquit, p. 369. edit. Leibnitiana, *Comes Alsatiae accepto a Rege quodam comitatu prefati Ducis cum domum rediret iuxta unam urbium castra metatus est.* A quo urbani pacem vix unam nostram impretrantes egressi sunt dolose, quasi ad colloquium, sed reuera ad explorandum: *Equibus unus calliditate æque & velocitate persæpe probatus propius accessit, signiferamque lanceam, qua beneficium Ducis Comes idem acceperat a Rege, coram tentorio eius affixam, eleuando circumspexit ad ultimumque cum ea urbem securus cunctis in cassum pene sequentibus intravit.* Vnde haud temere ab acutissimo Schiltero obseruatum est, Fürsten-Lehn & Fahn-Lehn non valere tantundem, sed in veterum monumentis diligenter distingui. Differunt inquit in Comment. ad Ius F. A. cap. XLII. p. 239. utique ut genus & species; feudum enim ve-

xillare sub se comprehendit feudum Principis secularis, & omnia feuda Principum sunt vexillaria, sed non vice versa, nam & comitum, baronum feuda vexillaria sunt, nec tamen Principum. Discimus hoc evidenter infra cap. CXXII. §. II. ubi dicitur, quod, si Rege defuncto electio ultra annum se extenderit, vasallos imperii teneri inuestitur renouationem a Palatino ad Rhenum ut vicario impetrare, exceptis Principibus. Quibus iungendum videtur argumentum aliud illustrans. Cui enim ignotum, Comites in sigillis & nummis frequentissime comparere cum hasta signifera & vexillis? Quae singula, quanquam sunt luce meridiana clariora, non ab re tamen fore censeo, si causa in apricum producatur, quare Comites vexillis sint donati. Nam cum illa potestatis & imperii signa fint, & comites mero imperio, seu banno sanguinis praeditos sciamus, quod Rex solus confert, (nisi alicui speciatim hanc inuestiendi facultatem permiserit, aut commisserit) consequitur sane, vt etiam comites symbolo regiae potestatis mitri in possessionem Comitatum suorum debeat. Id autem fuisse vexillum, exempla a nobis adducta solide firmant: quamvis cum nemine mordicus velim contendere, nunquam in eius generis collatione adhibitum gladium. Qua in re ne sim præfractus, diploma Ruperti Regis facit a Marquardo Frehero editum, quo Ludouicum vicarium imperii generalem a. 1401. tali potestate constituit, vt posset conferre beneficia, exceptis tantum feudis insigniis Archiepiscoporum, Ducum & Marchionum & que cum vexillis, seu gladiis recipi consuerunt. Moneo duntaxat, me in eam sententiam propendere, Principum absentium legatos, quibus ex graui interdum caussa, vti infra demonstrabimus, permittebatur, vt interueniente procuratore beneficia acciperent sua, non vexillis, sed gladio fuisse interea confirmatos; donec ipsimet solenni-

apparatu inaugurarentur. Quæ, si displiceret coniectura, dic precor, tuam: audio. In Anglia vero Comites nonnunquam gladio inuestitos scio. Rogerus Houedenus: *Eodem die coronationis sue Ioannes Rex accinxit Guilielmum Marchallum gladio comitatus de Strigil, & Gottfridum filium Petri gladio Comitatus de Essex. Et ipsi sic seruierunt ad mensam Regis accincti gladio.* Etiam, aduocatos & iudices inferiores in Germania *baila*, sive securi munitos, recordor. Neque enim potuit bannum sanguinis principaliter conferri ab alio, atque a Rege. De quo, ne dubitatio cuiquam obrepatur, adstruam id Caroli IV. verbis, quæ extant in diplomate a Nicolao Schateno in *Annalibus Priderbornensisibus euulgato:* *Notum facimus tenore presentium vniuersis, quod, licet religiosus Theodoricus Abbas monasterii Corbeiensis in Westphalia deuotus noster dilectus honorabili Ioanni dicto Rochke de monte iudicium comitatus liberi dominicorum suorum in ciuitate Mersberg rite contulerit, ipsum quoque inuestiendum duxerit, & ad talia, quæ sibi de iure videbantur competere, confirmandum; quia tamen virtute concessionis inuestituræ seu confirmationis prædictorum non potest in causis criminalibus, quæ capitio & membrorum plexionem exigunt, exercere iudicia, nisi iurisdictio huiusmodi a Romana Imperatoria potestate suscipiatur, cetera.* Addo aliud Conradi II<sup>o</sup>. quod in manus meas, cum iam hæc scripsisse, peruenit, in quo Godefrido Lotharingiæ Duci permittit, ut regio nomine aduocatos ecclesiæ in Ducatu inferioris Lotharingiæ banno inuestiret: quo officio ipse met alias beat fungi. *Conradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus, tanquam aduocatus primus & defensor Romanæ ecclesia & omnium Ecclesiæ personarum, & bonorum eorundem, sub sacro Romano Imperio existentium: Attendens nulli licitum esse aliquius ecclesia Aduocatiam usurpare, nisi banno. Regio*

ad



ad hoc esset institutus ; quodque personis Ecclesiasticis nimis  
graue esset propter longinquitatem terrarum , præsentiam  
Regis adire , propter indigentiam eorundem . Eapropter il-  
lufrem Godefridum Ducem Lotharingie & Marchionem ,  
atque Comitem Louaniensem , omnium Ecclesiarum Ecclesi-  
asticarumque personarum & bonorum corundem , sub prin-  
cipatu Lotharingiae constitutorum , & successores ipsius Do-  
minos Louanienses , seu Brabantie dominatum obtinentes ,  
pro tempore existentes Aduocatos instituimus , mandantes  
ut nomine imperii contra omnem inquietationem Ecclesi-  
asticas personas & earum bona tuantur & defendant ;  
ita quod ab ipsis nil per potestatem recipiant , aut exi-  
gant , præter ius Aduocatio , quia Aduocati non debent  
esse deprædatores , sed defensores Ecclesiarum &c. Ob-  
seruet Lector , confundere nominulos hoc ius peculia-  
re cum titulo , quo Henricus Brachbatensis patriæ comes  
& aduocatus appellatur in litteris a. 1086. exaratis , quas  
protulit Butkenius , & legit Magerus a Schoenberg ad  
eas cap. IX. de aduocatia armata prouocans . Sed dixi  
vero nulli statuum competit esse ius inuestiendi mero alios  
imperio principaliter ac pro officio . Noui enim , quæ  
fuerit sacerdotalium quorundam Principum prærogativa ,  
quod ius speciatim concessum . Vnde magis claret , quod  
ex veteribus actis sæpe obseruauit Schilterus , quare nec  
Episcopi nec Abbates Burggrauis , nec Comites iudicis  
bus , seu aduocatis suis ante sæculum XIII. aut. XIV. ius  
gladii potuerint indulgere . Nec dubium , quod eandem  
ob rationem in ciuitatibus imperii iudicio criminali præ-  
fidentes Cæsaris sint constituti auctoritate ; donec tandem  
ob varias caussas ab hoc rigore sit recessum , & ipsis ciui-  
tibus istud facultatis vel iure feudi , vel ex commissio-  
ne , vtut perpetua , vel etiam priuilegio relictum ,  
quod

quod multis ostendit, in Comm. ad I. F. A. p. 248. *Schilterus*. Id autem memoratu plane dignum, quod Fridericus I. Elektor Brandenburgicus communitatibus & ciuitatibus in Franconiae territorio existentibus intercessione demum sua ab Imperatore Sigismundo impetraverit ius gladii, & ex consequenti, sine auctoritatis regiae interuentu, proprio arbitratu largiri eiuscmodi potestatem nequuerit. Tabulas Cæsaris hanc in rem allegavit *Ioannes Linneus Iur. Publ. Lib. V. cap. VII. n. 137.* quas consulas licet: vt alias Ruperti in pari casu silentio inuoluam. Quæ omnia ii demum accuratius intelligunt, qui ius vitæ ac necis in regiis iuribus præcipuum occupare locum recordabuntur. Vix enim aliunde magis imperii resplendit maiestas. Apud Romanos Præfetus Prætorio nulli nisi Principi secundus. Eadem de caussâ forte in Germania factum, vt merum imperium ius territorij sublime nonnunquam comprehenderit. Saltem litteræ antiquæ sæpe solius meri imperii & banni ferini mentionem faciunt: ut posseffores iura imperii omnia vel exercuerunt olim, vel exercent etiamnunc.

## §. XXIII.

Sed inspiciamus, vtrum Barones sint quoque vexillarii. *Schilterus* opinatur, sed opinionis suæ caussam non reddit: nos reddemus. Barones sunt liberi Domini. Bar, Ber est vir eminens, fortis, qui allodium, bonum autum, ein ahles Od libere possidet, liber Dominus vir nobilis, ein edler Mann/ ein freyer Herr. Vnde est, quod in antiquis litteris Comites adhuc dicuntur viri nobiles, quid? quod Duces. In Gallia tales Barones, recentiori stilo, sunt pares, eorum terræ paries. Neque enim ullus imperii munere est condecoratus, nisi qui prædia, haberet propria & libera, eigene und sreye Güter/ & sic foret Dominus. Hunc titulum non amittebant, et si feoda

da & beneficia omnia amiserunt. Ita Hohenstauffii Principes ac Reges Wilhelmum & Ottonem possessores Luneburgensem & Brunsvicensium terrarum, quæ erant eigene Güter / Fribona, ut in diplomate Friderici II. vocantur, Dominos appellabant: quantumuis beneficiis omnibus essent exuti. Hi Domini vero, tantum abeſt, ut minoris viderentur dignationis, ut potius in classe imperii procerum ac Principum putarentur. Quod cordate obseruauit illustris Leibnitius in præfatione ad primum Rerum Brunsvicensium tomum, de Welphis differens: Gueſſi, inquit, antiqui, ſive ex Alamannis, ut veteres ſcribunt, ſive ex Agilofingis vetuſis Baiuariorum Rectoribus, ut quibusdam viris doctis placet, olim in Suevia hereditarias nullique feudorum legi obnoxias ditiones habuerunt, que tunc insignis prærogativa habebatur: usque adeo, ut quidam ex illis Ethico indignaretur Henrico filio, quod in ſignem terrarum tractum ſub homagii conditione Imperatoris beneficio accepifer. Principes ergo habebantur etiam, qui Duxes Comitesque (quod feudale erat) non appellarentur, cetera. Sine dubio vir clarissimus locum ſequentem Historiæ de Guelphis respicit: Hic Ethico ſe Imperatori Romano Regi Francorum Ludouico Pio, Caroli M. filio, ſororio ſuo commendatissimum reddidit, ut quatuor milia mansuum in Bauaria superiori ab eo dono acciperet, (forte rectius atque arriperet) Postea cum Ethico nobilitatis ſue libertatem ſuspiciens fratrem, ariño laborabat, amicissimis ſuis conquerebatur, priuata vita degere conſtituit &c. Commendare ſe, vel commendatissimum reddere filio mediī æui ſonat homagium, ſeu fidelitatis iurandum præſtare. Probauit id doctissimus Baluzius in Historia Aluernensi, e veteri charta, in qua dicitur: die illo quando seniores Aruerni cum Comite ſupra nominato (Wilhelmo Pictauensi)

conuenierunt, eique se commendarunt. Subiicit vir laudatus: „Tout le monde scait qu'en ce temps la se commendare signifioit ce que nous dirions aujourdhuy faire foy & hommage ou ferment de fidelite. „ Et quamuis vero Ethico Carolingorum ætate, cum adhuc durior esset Comitum conditio, ita animum induxit; tamen sequiori ætate aliter plane opinati sunt. Admodum enim veri videtur similiis eruditissimi *Hertius* sententia, omnes imperii Proceres Barones fuisse dictos, cum adhuc regni officia offibus personarum inhærerent, postea vero cum hæreditaria redderentur, & ad posteros lege stabili transirent, Baronum nomen penes eos manstille, qui Ducatum, Marchionatum, Landgrauiatum, Burggrauiatum non haberent, sed in castris atque allodiis suis residentes a regni aliorumque Procerum feruitiis liberi essent, nec equitum, nudorumque militum, aut ministerialium iure censerentur. Ex quo consequitur, ut omnis quidem Dux, vel Comes regni olim fuerit Baro, & adhuc sit vir nobilis, sed non omnis Baro Dux, vel Comes: nisi quidem existimes, & hunc Comitis elogio esse condecorandum, qui mero imperio aliisque regalibus a Cæsare in exiguo tractu honoratur. Quibus obseruatis, haud difficile est ad intelligendum, quomodo *Christophorus Besoldus* potuerit affirmare, inter Comites & Barones nihil esse differentiae. Id *Antonius Matthæi*, cui saepe lima iudicij deest, in tractatu de Nobilitate non videtur adsecutus. Sed verum est, Baronem & Comitem, addo & Ducem, aliosque officiales esse liberos dominos, alte *Edelmanner* / Satrapas, Dynastas. Quod, si rite ponderatur, *Fürstenerii* quadantenus admitti opinio potest, qui potentissimos Principes ex eius generis Satrapis ad tantum potentiae culmen ascendisse statuit. Ac posset id sigillatim ostendi, nisi intra terminos coercen-

cendam dissertationem nostram iudicaremus. Sufficit, digito attigisse doctrinam alibi copiosius persequendam Vnum infero, quod lectori non fore ingratum confido. Video enim grauiter disputari de voce *semper-frey/* auctoresque hac fluctuare atque illac. Et exploratum puto, vocabulum *semper* non esse latinum, sed Germanicum *sendbahr* / quod Schilterus in Commentario ad Ius Allemannicum cap. I. p. 19. ad liquidum perduxit: cuius dicta non repetemus. Hoc obseruo, non dissentire penitus a Schiltero, qui centam quoque a *senden* deriuant: quamuis non arrideat, *centenarios* esse illos semper liberos, aut *sendbar frey*. Mihi *Speculum Sueicum* lib. I. cap. XLVII. ad veritatem videtur accedere quam proxime, si rite exponantur verba sequentia: *Hie soll man mercken dreyerlen freye Leute / welche Recht die haben. Es heissen eins semper Freyen; das sind die freyen Herren als Fuersten/ und die andere Freyen zu Mann haben: das andere sind Mittelfreyen; das sind / die der hohen Freyen Mann sind. Das dritte sind gebohrne/ die fren sind die heissen freye Landsassen.* Der hat ein ieglicher ihr sonder Recht. Mea sententia hoc indicat compilator, quosdam liberos dominos mitti a Rege, vt negotia imperii compo- nant, inspiciantque, quid facto in prouinciis opus sit, quales erant missi regi, viri illustres ac præpotentes. Non est credendum, desuisse missos regios post extinc- etiam Carolorum stirpem. Nunquam non talibus viris etiam sequioris æui Imperatores vii sunt, si quid occur- rebat regia auctoritate cognoscendum, iudicandum atque expediendum extra ordinem. Adhuc Ludouici Bauari, Caroli IV. immo recentiori ætate eius generis missi animaduertuntur, principes, comites, domini, qui hoc intuitu semper freye sunt dicti. Deinde vero factum, vt etiam vasallii Ducum Principumque dicerentur li- beri,

beri, Barones, Mittelsfreye: dum modo non essent ministerio Principum Laicorum, aut ecclesiasticorum addicti. Nam hi homines erant proprii ministeriales. Tandem omnes ingenui appellati sunt quoque liberi Freygebohrne / mancipiis, seruis, ciuibus seruili genere coortis oppositi. Si quid video *Speculum Sueicum* variam liberorum hominum significationem enodat. In his Semper freyen erant præcipui, vtpote quorum auætoritate & opera in grauissimis cauissis vtebantur Reges, quorum in curiis haud raro vel erant præsentes, vel ablegabantur ad ciuitates externas, vti Henricus Niger Bauariæ Dux ab Henrico V. ad Concilium Trecentse in Galliam legitur missus, vel intra imperii fines legatorum ac commissariorum officio fungebantur; quemadmodum Guntherus Schwarzenburgicus in causa Ponterania ac Marchiæ Brandenburgensis, item Comes Iudiacensis ad item cum Pontifice Romano componendam aliisque memorantur adhibiti. Postea cum aliis etiam mediatis Ducum Principumque Vafallis nomen Liberorum Dominorum adsignaretur, euenit, vt Barones a tali nexu inimunes se se cum addito appellarent semper frey / sicuti Limburgenses, Leiningenses. Ante illam nominum ac titulorum confusionem forte non occurret elogium Semper-liberi, aut, vt clarius loquar, non obseruabirur eius generis ~~dia~~ya vel comitum, vel vere liberorum dominorum nomini appositum. Quam coniecturam magis firmabimus deinde. Quod si dicta illustrare exemplo licet, adfeuerabo, perinde se rem hanc habere, atque elogium nobilis, quod olim illustribus Viris proprium. Eo autem militibus aliquique tributo, auditæ sunt voces Wol-Edel / Hoch-Edel / Hoch-Edelgebohrnen / Wolgebohrnen / Hochgebohrnen / Durchlächtig: non aliter atque in Speculo Suelico Hohefreye, vel semper Freye / Mittelsfreye / gebohrne Freyen distinguuntur.

guuntur: Semper Leute huc non pertinent. Vox *leudes*,  
*leodes*, *liti* aut seruile nomen, aut plebeium est: quod  
sine negotio est ad demonstrandum. Nunc ostenderemus  
clarus, quare liberi domini a Rege acceperint regalia,  
& bannum cumpromis. Ac putem, regalium vocem si-  
gnificare perspicue, ea deriuanda a Rege. Hinc ete-  
riū fons omnis potestatis permanat. Qui speciatim ea  
inuestitus non erat, coram terrae iudicio, quod *Land-Ger-  
richt* appellabatur, sive *Cent*, vii *Rudolphus Habsburgicus*,  
in diplomate quod exhibet *Lutigius*, Rotenburgensi ci-  
uitati dato, hanc rem optato explicat, sistere sibi subie-  
ctos debuit: ut alia taceam iura, quorum exercitio obli-  
gabatur abstinere. Omnis autem regia potestas cum  
vasallis vexilli symbolo ordinarye in Germaniae solo  
communicabatur. Quod indicium praebet, quamobrem  
Barones nonnulli appellantur vexillarii, ede *Pan-  
ner / Pannerherren*. Neque enim illi Comites, sed  
Domini banno inuestiti per *Bavaria*, seu haftam vexil-  
liferam. Istud autem non diffiteor, circumscriptam  
horum dominorum potestatem proprii territorii finibus  
fuisse; cum Comes in toto pago, Dux in prouincia aucto-  
ritatis & supremi iudicij exercitum haberet. Cui non  
obest, Banderetos eos potissimum nominari, qui sub ve-  
xillo suo vasallos in praelium educunt. Neque enim hoc  
cum nostris pugnat. Eapropter namque vexilliferi di-  
cuntur, quia vexillo potestatis erant instructi, quid? quod  
eam potissimum ob causam vexillis sunt vbi, subque suis  
signis militantibus auctoritate praeiuerunt, ne regalia ha-  
berent sine causa, sed, cum belli formido circumstreppe-  
ret, & ipsi gladium accingerent, &, veluti terrarum Do-  
mini cum clientibus suis imperii hostes a patriæ finibus  
generose depellerent. Atque ita nobilissimum *Rigordi*  
locum expono, qui *Philippi Augusti Galliarum Regis, &*

Otto-

F 3

Ottonis IV. Imperatoris ætate floruit : *Quinque*, scribit ad a. 1215. videlicet Comites & XXV. alii, qui tantæ erant nobilitatis, ut eorum quilibet vexilli gauderet insignibus. Aliud vero interdum erat Bannerius olim, aliud Banderetus, seu *Banner-Herr*. Bannerius miles erat, vexillum sequens, Banni dominus vexillum ferens, Bandophorus, *Banner-drost/Banner-Herr*. Antequam de Baronibus dicendi finem faciam, confutandus mihi iterum est *Antonius Matthæi*, qui minus caute de *Nobil.* Lib. IV. cap. VII. p. 939. seq. *Baro* olim non tanti, seruus olim militum, eamque ob rem Romanos allegat scriptores, Ciceronem, Lucilium, Persium, Tertullianum : *Progressu*, pergit, *deinde temporis Baro idem*, quod à me, quod vir præstans, vir peritus, strenuus : - - - Et, quod mirum cuiquam, quia *Baro* vir fortis; *dabolus etiam Baro*. Quæ hic, bone DEUS, confusio. Miscentur Romana Germanicis, & hæc illis, & Græca denique vtrisque. Recte *Ianus Rutgerius* in *Lectionibus Venusinis* cap. *XIII.* eos perquam ridiculos fuisse iudicat, qui ea lingua Ciceronem loqui fecerint, que vix millesimo anno post repertas sit. Nostræ voculæ cum Latino idiomate nihil commercii intercedit. Potius illud a *Germanico Barn* / sive *Barna*, quod apud veteres puerum, vel filium significauit, descendit: quod e vetustissima *Vlphilæ* versione *Franciscus Iunius* obseruauit, & ex eo saepè nominatus *Hertius*. Et facile autem vsu venire potuit, vt liberi nobilium, ac Procerum eo nomine insignirentur, quemadmodum apud Hispanos infantum titulus *Magnatum* ac denique Regum filii est attributus; donec tandem, vt in præcedentibus insinuauimus, iis folium adhæreret, qui liberi domini sunt, non milites *griegarii*, aut serui Regum Principumque.

#### §. XXIV.

Ex quo noua statim veritas innotescit, videlicet equi-

equites, qua equites non gaudere feudis vexilli, sed loricæ, clypei, equorum, cetera. Hæc autem plus nihil continebant, quam vt milites ad editum præsto essent loricis, equis, clypeis suetoque armorum genere instructi. Vnde per se sequitur, vt hic nullus locus fuerit vexillis potestatem significantibus. Milites enim & nobiles inferiores non tam officium, honorem, aut dignitatem gerunt, quam seruitum debent, aut, quod minus est, ministerium. Quæ res fecit, vt ministeriales equitibus deterioris olim conditionis fuerint habiti, vtpote quod essent proprii homines Ducum, Episcoporum : de quibus peculiam propemodum dissertationem pereruditus *Hertius* conscripsit, nosque ea de re alibi sententiam nostram copiosius declarauimus. Hoc singulare, fuisse aliquando Reinhardo Comiti Hanouensi controversiam status factam ob coniugem ministerialis filiam. Quare ad Cæsarem Rudolphum I. & Electores confugit, qui ab adsperfa eum macula liberarunt. Edidit nuper litteras *Lungius* atque cum hominibus harum rerum studiofis noue communicauit. vid. *Teutschen Reichs. Archivs part. Special. Contin. II. diuis. VI. p. 519. seq.* Inde vero euenit, vt, cum officii sui admonerentur milites, id clypei fieret symbolo: quod testimonium *Ottonis Frisingensis lib. II. de R.G. Friderici Imperatoris cap. XII.* arguit: *Est autem consuetudinis Regum Francorum, quæ Teutonicorum, ut quotiescumque ad sumendam Romani imperii coronam, militem ad transalpizandum coegerint, in prædicto campo mansionem faciant.* Ibi, ligno in altum porreto, scutum suspenditur, vniuersorumque agmen feuda habentium, ad excubias proxima nocte Principi facendas, per curie præconem exposcitur: quod sectantes, qui in eius Comitatu fuerunt, singuli singulos beneficiatos suos per præcones expoſcunt. At sequente die, quicunque nocturnis vigiliis defuisse de-

præ-

prensus fuerat, denuo ad præsentiam Regis aliorumque Principum, vel virorum illustrium euocatur: sive omnes omnium beneficiati, qui sine bona voluntate dominorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnantur. Etsi enim clypeus olim insigne nobilitatis in genere fuit; tamen sequoribus temporibus feuda clypei militaria tantum dicta sunt, quod e quibusdam diplomatibus & Chronico Laurishamensi, a M. Frehero edito, ad oculum patet. At caue putes, omnes, qui tulerunt scuta, iisque sunt vii, habuisse feuda scuti. Inuenio apud eundem Ottonem Frisingensem scutiferum plebeium. De feudis loricæ supersedeo dicere, cum Cangius nostram industriam anteuerterit, partim sub voce loricæ, partim feudum loricæ. Id clarum, loricatos vocari milites, & loriarum nomine saepe intelligi vasallos milites. Anonymus apud Mabillonum in Museo Italico: Comitantibus cum ducentis loricis cum aliquantis fabris lignariis. Vexillum in maioribus ac regalibus feudis adhibebatur. Nobiles inferiores nunquam olim alta iurisdictione pollebant. Iudicabantur iis subditis a præfectis Imperatorum ac principum. Saltem notum est, quando in Bauaria & Saxonia, seu Misnia equites accepérint Bannum sanguinis, & qua occasione. Collegit testimonia D. Hertius in dissertatione de Superioritate territoriali, quam euoluant, qui volunt. Antiquis temporibus eius generis facultas character libertatis erat ac protestatis, qua serui regni Principumque carebant. Nec credas, omnibus imperii nobilibus tale ius aut competitisse ab antiquo, aut hoc ab omnibus adfirmari. Ipsi cognoscunt, prædia, quæ tenent, ad vnum fere omnia suis fe libera, libera a nexu feudali: donec turbulentia tempora compulere permultos, vt se principum potentiorum vasallos profiterentur. In allodiis autem suis supremi iudicii exercitio destituebantur. Quod nunc habent,

Cæ

Cæsarum beneficio adepti sunt, ne sub obtentu *centenaria*, aut supremæ iurisdictionis Principes ac Comites vicini eorum libertati periculum intentarent. Quod diploma Rudolphi II. a *Burgermeistero* in *Cod. Diplom. ordin. Equestr.* adlatum satis probat. In variis tamen locis adhuc iudicis prouincia subsunt, eorumque subiecti, ac rustici in centena, cum delinquent, iudicantur, condemnantur, & pro re nata absoluuntur. Quæ omnia, ne gratis dixisse videar, producam primum *Conradi Vrspensis* de Regis Philippi ætate loquentis testimonium, quo pateat, qui tot prædia acceperint barones & nobiliae ministeriales, & quo sub modo: *Hic*, inquit, *Philippus*, *cum haberet pecunias, quibus salario, siue solda præberet milibibus, primus coepit distrahere prædia, que pater eius Fridericus Imperator late acquisierat in Alemannia, ita ut cuilibet baroni, siue ministeriali villas seu prædia rusticana, vel ecclesiastib[us] contiguas obligaret. Sicque factum est, ut nihil sibi remaneret, prater inane nomen Domini terræ, & ciuitates, seu villas, in quibus fora habentur, & pauca castella terræ.* Non hic vocantur ministeriales domini terræ, sed *Philippus*: hic in villis & ciuitatibus sua foræ habebat, non nobiles inferiores; vtpote quorum prædia rustica sunt. Postea sub Friderico II. eodem *Vrspensi* auctore, maior largitio facta, cum is contra Ottoneum IV. ex Italia in Allemanniam veniret, & militibus indigeret. Quid enim hæc sibi volunt verba? *Ottos Imperator venerat interim de Thuringia, volens comprehendere, aut interficere aduersarium suum; ipseque manebat in oppido Vberlingen: sed a multis derelictus non poterat occurrere sepe dicto Friderico ad pugnam. Unde factum est, ut auxilio Comitis de Quiburg & aliorum, quibus ipse prædia imperii large distribuit & obligauit usque Basileam perueniret.* Ex quo denuo liquet, quamobrem

G

tot

tot nobiles in terra Allemanniæ surrexerint, parentesque filiis noua prædia distribuere potuerint. De equitum vero potestate, banno, regalibus nihil extat. Cui non obest etiam Baronum ab *Vipsengeri* mentionem fieri. Nam baro nonnunquam ministeriali opponitur: quod iam alii cubi animaduertit *Hertius*, ac nos in præcedentibus cum ipso. Et quamlibet non nesciam, adtulisse *Gasparem de Lerch*, siue *Lerkeln* diploma Wilhelmi Regis, quod *Dattius*, & nouissime *Lunigius* descripserunt, quo nobilium Allemanniæ & dominorum terræ iura iudiciale, in quorum possessione essent, confirmantur; non puto tamen, inferiorem nobilitatem indicari. Ut ita sentiam rationes *Dattii de P.P.* p. 23. per suadent viri doctissimi: *Nobis*, inquit, de tota re amplius videtur inquirendum. Vix enim persuaderi sibi patietur *Vir aliquis germanicarum antiquitatum peritior*, nobilitatem equebrem, quæ posterioribus demum seculis in societatem quandam liberam, & pulchrum hoc corpus coauit, per nobiles & terre dominos hic ita designari, ut non ex uscriptorum huius ævi promiscuo, & quibus verborum rationes tam scrupulose exigendas non esse. *Vir eruditissimi* dudum præmonuerunt, ad Principes, ad Comites, aut Comitiua dignitatis homines, & ad alios quoque, quorum potentia sub istis Germaniæ turbis præpollere incipiebat, præsertim ad socios Rhenano foedere connexos, ut mox dicetur, appellatio ista potius referri vel possit, vel debeat. Sic quando *Annales Colmarienses* part. I. *Rudolphum Regem a. 1284 curiam in Basilea*, cum gloria dominorum terræ habuisse testantur, quis ad nobiles solos hoc pertinere existimat? Nec ad rem facit, post extinctam Sueuorum Ducum familiam equites ad tales potentiam peruenisse. Est enim cognitum, nusquam tot iudicia reperiri prouincialia, tot centenas, atque in Franconia, Suevia, Helvetia, & Rhenensi tractu. Procedente tempore vero factum est, quod ite-

iterum inculcamus, vt etiam nobiles in Franconia, Suevia, & Rhenensi tractu acciperent quidam iudicii criminalis facultatem, ne vel crimina manerent impunita, si prius *Centenario* forent denuntianda, (qua de re ac causa multa diplomata loquuntur) vel nobilitas in peculiare corpus Cæsarum bono coacta, Comitum, Landgrauiorum, aduocatorum, & dominorum terræ præda fieret. Plura non adiicio, ne, quod singularem librum meretur, tam angustis paginis compingatur. Sat est, cerni nunc, equiribus feuda vexilli nec fuisse tributa, nec, ob argumenta in medium adducta, commode potuisse attribui. Potius obseruari e diplomate Sigismundi Imperatoris velim, quod Erchangero de Seinsheim peculiari indulgentia a. ccccxxviii. concessit, hunc tum demum ad *Bandereti* dignitatem euehentis, postquam prædia sua imperio obtulit, & regalia ab eodem recepit. Quod vt extra dubitationem constituantur verba sequentia e dicto diplomate recito : Darum mit wohlbedachtem Nuthe / guttem Rathen unser und des Reichs Fürsten / geistlichen und weltlichen / Graven / Edlen und Getreuen / und rechten wissen haben wir von sonderlichen unsren Königl. Gnaden denselben Eklinger / sein ehelich Kinder / Söhne und Töchter / die er ißt hat / und hinsüþro mit Gotts Hilff gewynnet / und die von ihm / denselben Kindern ehelich gebohren worden / zu rechten Freyen in Gottes Nahmen erhöht / und sie auf das vorgenandt Jägermeister Amt und das Haus Schwarzenberg / das sein freyes eigen Gut ist / und das er uns und dem Reich / auch Wedung / mit aller seiner Zugehörung zu rechten Lehen gemacht und verbrieft hat / uns und dem Reich damit gewärtig und unterthänig zuseyn / und ewiglich von uns und denselben Reich zu halten / gefreyet / geadelt / gemacht / und ihn als andere recht gefreyete Baner- Herre im Reich und nemlich zu dem Jäger-

germeister Amt in Franken bestätigt haben / würdigen /  
adeln / erheben / bestätigen und machen mit Rechten Wissen  
in Macht dis Bries / von Römischer Königl. Macht /  
und meynen / segen / und wollen von Römischer Kaiserl.  
Gewalt / daß der benannte Erkinger / und die genannten  
seine Kinder / und alle die von ihm kommen / und von ih-  
nen gebohren werden / als vor begriffen ist / fürbaß mere  
ewiglich des Heil. Adm. Reichs Freyhen gehisfen / und  
von allermäßiglich genandt werden / und auch Freyherren  
Rechten Chr und Würdigkeit in und außwendig Gericht  
und allen Enden haben / und als rechte gebohrne Freyenge  
ehet / und gehalten werden ic.

## §. XXV.

Etsi vero superfluum videri potest , inquiri , gau-  
deant ne ciuitates imperii liberæ feudis vexilli; tamen in-  
quiramus : in primis , cum hic multa sint digna , quæ ex-  
cutiantur. Non dubitamus autem , quin recepta fere  
opinio sit , ciuitates esse allodia , non feuda. Et vereor  
ipsem , ne crabrones excitem , si quid hac in re moliri  
contra , aut tantum æqua mentis lance eam perpendere  
quæstionem sustineam. Sed audendum tamen nonni-  
hil. Semper enim mecum reputari , esse hanc quæstio-  
nem fere manem & disciplinæ feudalis ac publici iuris  
amplificandæ minus aptam : liceat enim lenissimo vti  
vocabulo , ne , qui dissentunt , rugas contrahant , & cape-  
rata fronte aliquid seuerius minitentur. Ecur vero ita  
putauerim , argumenta sunt plura. Quis enim ea , quæ  
pertinent ad Regis patrimonium , appellat aut feuda ,  
aut allodia ? At fuisse olim ciuitates in regiorum bono-  
rum numero , quis ignorat ? Et certum vero est , Reges  
eas appellasse suas & imperii ciuitates : pendedebant  
quotannis plures Cæsari censum : pendedebant ab antiquo  
debitum & per auersionem , ne , quod sæpe olim factum ,

va-

variis tributis emungantur ciues. Igitur ad veritatem proxime accedit, tam, cum pertinuerunt ad regium dominium, aut bona coronæ, totum *grypha* tam fuisse incongruum, quam est hoc, fintne ciuitates angeli, an homines? Ad neutrā quippe speciem pertinent. Fuerunt Regis & imperii. Num sunt adhuc inuestigandum superat. Sed nollem tamen Iteri argumentis vti, qui additius earum obsequium inde demonstrat, quod Lotharius Imperator Noribergam Henrico genero Bauariæ Duci in feudum dedit, quod Otto IV. Hermanno Thuringiæ Landgrauio Nordthusam & Mulhusam eodem nexus permisit. Vera sunt, quæ adfert, & veterum testimoniis, hoc est *Monachi Weingartenensis*, & *Arnoldi Lubecensis* firmantur: verumtamen non putem adsumenda haec ad comprobandam sententiam aliunde veram argumenta. Turbulentis illa temporibus euinere, & vindictam spirant, Saxonibus Sueuisque æternas iniurias agentibus. Oppignorarunt eas Reges, tributa exegerunt, iudices, advocatos, vt hodie Principes municipiis suis, dederunt. Vnde aliunde id liquere dixi. Atque ita vero id solum veritati conuenit, non adeo amplius additæ eas regnari. Sunt liberae imperii & Cæsaris civitates. Quod vt paullo clarius intelligas, fac, Brunswicensem ciuitatem multis obtentis iuribus ac priuilegiis per se statuisse omnia, ius dixisse, tributa ciubus indixisse, milites coegisse, addé eminentioris imperii iura haud pauciora, fungé, non contradixisse Duces, non repugnasse veteres dominos: eratne illa ciuitas respectu Brunswicensium Principum allodium, an feudum? Posterior non adseuerabis, prius vix dices. Superest, vti tenent omnes, in imperii vrribus homagium: promittunt illæ solenniter Cæsari obsequium, aperiunt ei portas, offerunt claves, penitiant, quod debent. Cetera iura benefica olim Cæsarum

rum liberalitate, nunc autem legibus imperii confirmata, ac immutabili ratione exercent. Quo intuitu superioritate territoriali dicuntur præditæ, hoc est libertate maximam æmulante. Huic libertati vero quare quæso adsignemus vocabulum allodii? Quis audiuít, allodia regni possidentes, ratione eorum, præstare homagium, soluere censum, cetera? Quocirca non absone statuerim, fortassis ciuitates imperiales nec pertinere ad classem feudorum, nec allodiorum. Dic, vti mos fert loquendi, Cæsar is & imperii ciuitates liberas, dic veteris domanii reliquias, quia verum non est, quidquid non est feudum, est allodium. Nec enim regnum ipsum feudum est, & dubitem tamen, an appellatur sis allodium? Domania nec allodia sunt, nec feuda. Domanium libertate sat magna donatum est interea domanium. Nec repugnat ueras credo ciuitates: saluum iis manet sublime territorii ius: quidquid olim iuris habuit aduocatus, Comes, Burggrauius exercent ipsæmet; comparent in comitiis, ferrunt suffragium, decidunt, vbi decidendi copia est: non possunt aduocati in usum reduci: ipsæ ex perpetua Cæsar is commissione, quæ tories confirmatur, quoties redintegrantur priuilegia, iudices suos constituunt: fruuntur prouentibus quibuscunque, dummodo tribuant Imperatori, quæ debentur, quæque, secundum imperii consuetudines, ac leges ei sunt referuata. Et ita vero ipsa loquuntur diplomata, ac priuilegia Vlmensi, Rotenburgensi, aliisque ciuitatibus a Ruperto, a Wenceslao, Regibus prioribus, ac posterioribus indulta, quæ voluant ac legant, qui dubitant: nos non ambigimus, sed rem ex imperii statu a regula fere nunquam non declinante ut cunque tenemus. Ea ratione nec opus erit Schoppie asserto in thesauro feudal i cap. I. Seçt. VII. existimantis, corpus feudale regale ciuicum duntaxat confirmatione Cæfarea

farea in imperialibus ciuitatibus constitui. Timuit enim iam doctissimus *Iterus*, ne *Schoppus* a se adfirmata non intelligat: quod per frequens est nonnullis auctoribus verba proferentibus, rem ipsam contuentibus nunquam, aut raro. At caue propterea putes, vrbes has destitui feudis. Ratisbona, si fides *Gewoldo*, mero imperio hodie que ab Electore Bauariae antiquo iure ac priuilegio inuestitur. Habent ciuitates, præter oppidorum suorum ambitum, alia beneficia: fruuntur illis: Habent baronatus, habent comitatus, castra, habent a Bohemiæ Regne, a Principibus, Cæsare. Ulma magnam Comitatus Helfensteinensis partem possidet Cæsaris voluntate, Electorum consensu ac litteris vallato. De Francofurensi ciuitate tum *Iterus*, cum aliis testantur: de Noribergensi res in vulgus nota est: de Tremoniensi ciuitate Comitum Dortmundanorum iure vtente *Limnaus* te instruet, de Rotenburgensi diplomata a *Lunigio* edita rem claram faciunt, ut Bremam ceteraque taceam, quarum litteras ex parte idem vir clarissimus, magno publicæ rei bono, prælo subiecit. Quid igitur? An adhuc habent feuda vexillifera? Habent respondeo, sed velut Episcopi, veluti Prælati atque Abbates: non eorum amplius nomina audiuntur. Inueniuntur tamen terris ciuitatum ab legati & mandatarii a Senatu aulico; nec incognitum, quomodo inuestiantur, postquam rem omnem auctor breuiculi *præcessos imperialis aliae* indicauit *tir. 28. th. II.*

## S. XXVI.

Ea maiorem follicitudinem quaestio exigit, an insignia fuerint semper & ab omni memoria intexta vexillis? Et non credam. Tantum enim hastæ signiferæ variis forte coloribus distinctæ mentio fit Carolingorum, Ottounum, Henrici II. ætate. Idem loquuntur sigilla, rhombos,

bos, strias, in vexillis ostendentia, non pictas imagines: eadem numi confirmant, innumeri caui, ac bracteati. At cum sub Henricis, Lothario II. Conrado III. & sequentibus Imperatoribus expeditiones in orientem susciperentur, & ex omni fere orbe Principes ac nobiles concurrerent, ut terra sancta Saracenis christianæ religioni inimicis eriperetur; factum quoque est, ut varias imagines atque figuræ feligerent, varia signa, ne tot nationes, tot domini, tot milites confunderentur. Id clare iam *Ioannes Jacobus Chiffletius* in *Lilio Francico veritate illustrato cap. VI.* ostendit, quem ceteri magno secuti numero sunt: ut ut vitulo ipsius arantes non nominarunt. Cui sententiae, et si nuper nonnihil eruditissimus *Baluzius* in præfatione splendidi operis, quod nobilissimæ Aluernensem Principum familiæ consecravit, obuertit; non existimamus tamen, eam propter conquisitas rationes fore penitus deserendam. Putat is, a *Cajanoua* ingeniose fuisse demonstratum, cœpisse iam insignia Hugonis Capeti tempore, ut qui terras & feuda vasallis suis hereditario iure reliquerit possidenda: quæ ab his deinde certis & constanter adhibitis imaginibus ac figuris sint repræsentata. Sed bene egisset indefessæ industriae vir, si, quod adfirmauit, per sigilla docuisset, ac legentibus omnem dubitandi aniam ademisset. Minimum in Germania ante sæculum XII. non occurruunt exempla, non itidem vexilla animalibus aliisque figuris constanter distincta. Id deprehendi apud *Wilhelnum Tyrium*, vexillum imperiale, quod *Godofredus Bullionæus* in prælio contra *Rudolphum Suevum* ad Elystrum fluuium gestauit, aquila fuisse ornatum. Vexilla vero in Brabantæ Ducum sigillis ab his rebus vacua sunt, quod inspicieatibus *Bukenni tropæa* liquet. Postea vero certum est, crucem vexillis esse insertam, & nomen Ducis aliquando monogrammate ex-  
pref-

pressum, & tandem Sæculo XII. leonem, tum in signis, tum etiam clypeo frequentissime comparere. In Sigfri-  
di & Wilhelmi Comitum Palatinorum Rhenensium si-  
gillis, quæ publicauit *Toelnerus*, non obseruatur diuersum.  
*Flandrica Vredii* alii, post *Chiffletium*, excusserunt. In An-  
haltinis *Becmanni* Henricus pinguis primus aquilam di-  
midiam vexillo suo intulit cum striis. Et ab illo tem-  
pore innumera occurunt, quæ certis insignibus, ima-  
ginibus & ornamentis superbiunt. Ipse *Baluzius* non  
difficitur, Wilhelmum VI. Aluernia Comitem demum  
vexillum, quod *Gundfanon* vocant, occasione belli sacri  
notis suis, eoque Ludouici Grossi Regis & Henrici V.  
Imperatoris æuo, adiecisse. Quæres clare indicat, decipi  
*Antonium Matthæi* nepotem, quando insignium ori-  
ginem demum ad finem sæculi XIII. refert; non autem falli  
ceteros, qui cruciatas expeditiones huic cum maxime mo-  
ri occasionem fecisse non sine causa credunt. Aduuat  
coniecturam nostram, in Germania ante Henrici V. æta-  
tem feuda hereditario iure ad posteros non esse trans-  
missa: quamlibet probe cognoscamus, obnixe omnia fe-  
cisse vasallos Duces atque Comites potentiores, vt ne  
sibi eriperentur regiones fiduciaria potestate permisæ.  
At lege tamen obtinuit nondum, vt beneficia relinque-  
rentur liberis; donec Lotharius Saxo sceptra capesseret,  
& rationem aliam Henrici Aucupis & Francica stirpe  
oriundis Regibus non penitus usitatam, iniret. Ex quo  
perspicuum fit, me non prorsus repudiare *Baluzii* dicta,  
sed adsumere uad̄ *ā dēmō* coniunctum, vt, quod suscep-  
imus probandum, tanto firmius demonstretur. Cete-  
rura multum in hac causa *Chiffletii* iudicio puto tribu-  
endum, utpote qui peculiare opus de re militari Germa-  
norum ac! Francorum meditatus est, de quo *Petri Scriue-  
rii* epistola ex parte testatur, quam *Antonius Matthæi* in

H

Ana-

*Analepsis p. 559.* edidit. Sed iterum tamen itérumque inculco, me non negare, clypeos variis coloribus picturisque fuisse signatos: congeffit exemplorum copiam πολυμαθέσατος Chiffletius. Solum adfirmamus, non fuisse symbo-la certa constanter & sine intermissione adhibita. Prius iam ante Chiffleum late deduxit *Henricus Spelmanus* in *Afpiologia*. Posterius autem nuper quoque deprehendit Auctor Historiae Delphinatus, quem illustrem esse *Valbonnatum*, supremum Cameræ per Delphinatum antistitem fama fert. Dum enim originem nominis Delphini vestigat, vulgarem simul opinionem refert, qua eius natales inde potissimum repetuntur, quod Comites Graisiwaldenses in scutis suis Delphini figuram ostenderint. Emissis is potius, primæ & secundæ stirpis Principes usque ad Humbertum I. Sæculo XIII. florentem ab his insignibus plane abstinuisse. Ante hæc tempora vix eius gene-ris formam constanter adhibitam in scutis vexillisque eorum inuenies. Quod iterum indicio est, hanc occasione nominis Delphiæ, quod iam ante Humbertum inualuit, esse adsumtam. Amabant enim summi Proceres insig-nia, quæ vocant, loquentia. (*armes parlantes*) Alia quæstio est, an Præsulum ecclesiarum sint imitati morem principes sæculares, quod vult *Otto Sperlingius* in dissertatione de *numis bracteatis*, quem aliqui contra *Mabillonum* tuentur. Hic enim ante medium sæculum XIII. Episcopos non putat insignibus vsos, testem nominans *Herueum de Monte Morentiaco* Decanum Parisiensem monogramma adhibentem, non autem consanguineorum suorum διγυα. Nos, vti plures caustas censemus admittendas, quæ in-signium certam formam induixerint; ita Sperlingii conie-cturam non crederenus spernendam. At fatius est tenere medium: immo dubio subiacet, an Episcopi suas olim ecclesiæ certis distinxerint indicij? Id non diffite-

or;

or, conspici in sigillis Episcoporum templa, cerni illorum effigies cum pedis: alia insignia ecclesiis propria deprehendi nusquam.

## §. XXVII.

Insignibus autem introductis terrisque perpetua possessione fidelibus relictis, mirum non est, plura etiam vexilla in solennibus inuestituræ actibus fuisse visa. Qui mos, vt sub Lothario, Conrado, & Friderico Barbarossa potissimum videtur inualuisse; ita sequori æuo perdurabat, vsque dum modus inuestiendi primores vexillis finem acciperet. Nec absimile veri, regiones singulas per appicta insignia fuisse notatas, vt sic, symbolo concepsio, res intelligerentur plenissime traditæ. Nam et si Romana iura, eriam, cum symbolis res esset tradenda, rem vere præsentem exigebant; atque ita in conspectu fundi clauium e.g. traditio fiebat, si emptor confessim dominium & possessionem adipisci volebat; tamen non adeo subtiliter hic incedunt Germanorum feudalia instituta. Sufficit, si pares curiæ, hoc est, testes ad sint, si solenniter omnia peragantur, si aut verbis dominus declarat, vt in possessionem fundi vadat vasallus eumque pro feudo teneat, aut symbolum rei tradendæ eidem conferat: quantum res ipsa vere præsens non sit. Neque enim necesse videtur, vt omnia more Romano eueniant: dependent cuncta ex gentium arbitrio, confuetudine, & dispositione legislatorum. Vnde sine negotio intelligitur, quam inepte hæc Germanorum inuestitura dicatur abusiva: quasi abusio sit, quod non est Romanorum inuentis conforme. Sed obseruauit tamen Schilterus *Comment. ad ius F. A. p. 62.* etiam in cessione iuris apud Latinos non interuenisse rem naturaliter præsentem. Ego non opus esse existimo, vt in fauorem discentientium Romani & Teutonici iuris conformitas ostendatur. Ineptia est, cre-

H. 2

dere,

dere Romanos solos esse cordatissimos, ceteros caudices, & peponem gestare pro corde, fungum pro cerebro. Sat est, intelligi, quid fiat. Nec puto, fictam hanc esse inuestituram dicendam, aut imaginariam. Non sunt obstricti summi Legiflatores, ut fingantur: finxit Praetor Romanus, qui Legiflatoris nomen ex arcanis rationibus fugiebat. Adeo hic nostratum Imperatorum legitima voluntas, ut dominium & possessio in inuestiture transferatur, quam primum ei cum effectu porrigitur rei tradendae symbolum. Et vera est inuestitura, siue in fundum naturaliter praesentem inducatur vasallus, & sic corpore atque animo apprehendat, siue verbis, siue symbolo, quidquid est, perficiatur. Quod naturali apprehensione deest, lex supplet; nec nisi latro & summæ potestatis hostis, turbare sic missum in possessionem potis est. Valde enim inficerum videtur, quod excipitur, tradi dominium symbolo, non possessionem. Verum enim hoc foret, si iureconsulti semper secundum etymologiæ subtilissimos apices rationes subducerent: requireretur tum sedium iuxta positio. Nec diversum Germanica vox indicat. At ubi, ubi tam superstitioni vñquam & vsquam fuerunt iureconsulti nostri? De Romanis fateor suppetunt nonnulla exempla. Ita *Gaius* disputauit magno feroore, vtrum res immobilis possit pignori tradi? Non inquietabat in l. 238. de V. S. quia illa diu taxat pignori dari possunt, quæ manu traduntur, & tractantur. *Paulus* l. 26. ff. de cond. indebit. pignus ponit & deponit, quod in re immobilis dici non potest: ut alia taceam, quæ larga manu collegit. *Petrus Durisema* Coniectural. Iuris ciuilis Lib. II. cap. II. At non ita argumentatus est Pomponius: In edibus, inquit l. 9. ff. de donationibus, alienis habitare gratis, donatio videtur: id enim ipsum capere videtur, qui habitat, quod mercedem pro habitatione non soluit: potest enim & citra

cor-

corporis dationem valere donatio: veluti si donationis causa  
cum debitore meo pacifcar, ne ante certum tempus ab eo  
petam. Quod si quis follicite inhærere verbis velit, ne-  
gare posset, donationem hic interuenire. Ecur? quia  
corporis traditio hoc casu non fit: quod tamen vox *do-  
nare* exigit. Citra eam autem quin vera donatio iure  
perfici possit, dubium esse non potest, inquit *Duirsēma*,  
ob legis & imperantium voluntatem. Et quare igitur  
Germanis vitio verteres, quod, vocabulorum cortice  
spreto, rem ipsam sunt infulti, &c, quod in negotiorum  
obtinet argumentis, aut obtinere voluerunt, cordate cir-  
cumspexerunt. His in luce collocatis apparent nunc  
miserae doctorum ratiocinationes, ineptae quæstiones,  
illepidæ responsones. Quid enim hoc est? an abusua  
inuestitura transeat dominium, aut ius in re? num, si  
hoc transeat, transferatur simul possessio, an tan-  
tum ius possidendi? an futura possessio? num præsen-  
tia rerum tradendarum opus sit? num Cæsaris volun-  
tas sine præsentia rerum sufficiat? aditne præ-  
sumtio, rem fuisse præsentem, modo signum corpore-  
um adfuerit, modo litteræ inuestituræ id adfuisse nar-  
rent? num transferatur possessio, si alius adhuc teneat  
rem, eique insistat? num maius sit possessionem dare,  
quam inuestitaram? Tota enim res in contemptissimam  
logomachiam, cui confusio iuris Romani ac Germanici  
copiam facit, ultimo resolutur, posteaquam Andabata-  
rum more pugnarunt omnes, inclamarunt, negarunt,  
adfirmarunt, & tragodias excitarunt sat magnas. Au-  
di Lector, cui tot absconæ interrogations metum incuti-  
unt. *Hugo Grotius* te doceat de I.B. & P. Lib. II. cap. VIII. §. 25.  
*Vltimus*, inquit, *acquirendi modus*, qui *iuris gentium* dicitur,  
est per traditionem. Atqui supra diximus ad dominii trans-  
lationem naturaliter traditionem non requiri, quod & ipsi  
*Iuris consuli* in quibusdam casibus agnoscent, ut in re do-

nata, *vsufruſtu retento*, cetera. Supra autem, nempe cap. II. §. I. disertius mentem expreslit suam: *duo tantum inquit notanda sunt, alterum in dante, alterum in eo cui datur.* In dante non sufficere actum internum voluntatis, sed simul requiri, aut verba, aut alia signa externa: quia actus internus, ut alibi diximus, non est congruens naturæ societatis humanae. *Vt vero traditio etiam requiratur, ex lego est civili: quia, quia a multis gentibus recepta est, ius gentium improprie dicitur.* Iam vero si ad dominium in alterum deriuandum naturaliter traditio plane non exigitur; quanto minus sanæ mentis homo negabit, per inuestitiram symbolicam id posse deriuari? naturæ lege non nisi animus transferendi dominium sufficienter declaratus necesse habetur. Per symbolum autem, vel verba declarari voluntatem sufficienter, quis inficiabitur? Tantum disceptatur, an vt dominium; ita etiam possessio queat dari? & hoc enim est, quod cum *Cuiacio* nonnulli non credunt. Sed totum iterum litigium de vocabulis est. Id enim fateor, inuestitum non apprehendere eo momento, quando symbolum porrigitur, rem signatam corporaliter: quæstio est, an pro possidente habeatur? & putem. Nec dixeris, possessionem esse abusuam. Quis namque adfirmabit filium cum moritur pater, moribus Galliæ & Germaniæ esse paternæ hereditatis possessorum abusuum, improprium. Lex est: *Le mort sait le vif:* lex quoque est, inuestitum esse in possessione, si supremi domini voluntas rationabiliter ex eudentibus signis innotescat. Qui sic inuestitum impedit, turbat, vel de possessione depellit. Hinc, si de remediiis iuris possessoris sermo est, interdicta suppeditunt, si de petitoris, rei vindicationes. Miseret me *Merckelbachii* aliorumque Iureconsultorum, qui hic cucurbitas pingunt, & caußam Neoburgici contra Saxones in controuerſia  
Iulia-

Iuliacensi male defendant. Negant illi, Saxoniam Principem esse in possessione, cum res tradenda vel tradita non fuerit praesens, quando eum inuestiuit Rudolphus II. Rectius negassent, Cæfarem Saxones potuisse inuestire, cum non fuerit vacua possessio, nec quod potissimum obseruandum, liquidum Saxoniam principibus ius, vti Neoburgico possidenti. At finge postremum, & actum erit de *Merkelbachio* eiisque tricis, limitationibus atque extensionibus haud raro repugnantibus. Causa vero confusionis uniuersæ hæc est, quod plus nihil atque ius Romanum didicit nec aliam traditionem symbolicam admittit, quam in re praesenti. Quod *Klockii Consilium VII. Tom. I.* considerantibus clarum fiet. Verumtamen non solis Romuli nepotibus animi sensus est; nec adeo effeta natura, vt nec vlla meliorum ingeniorum spes superfit; nec adeo curta Teutoniae facultas, vt non aliud traditæ possessionis statuere signum, atque isti, potuissent. Quid Longobardi cogitauerint iam non dispuo: quamvis multæ sint conjecturæ etiam illorum mores nostris consentire; testanribus *Finkelthuso*, *Carpzonio*, *Schulzio*, & inter veteres *Duarenos*. De Allemannis res claret ex capite LXXV. Iuris Feudalis: *Ist das ein Mann dem andern Gut ussigit vor sine Herrn / zu Haut / so er das Gut entpfehet / so hat er auch die Gewehr an dem Gute / die der erste Mann daran hätte.* Ius Saxonum in tali casu ne quidem inuestitaram exigit: quanquam alias requirit. vid. *Schilt, Comment. ad Ius Feudale Allemann. & Saxon. cap. IV. n. 3. seq.* *Iterus de Fevdis imperii cap. IX. §. 49. 50.* qui hanc esse mentent Imperatorum & fuisse, ex litteris feudalibus Friderico Bellico primo Saxoniam e Misniae Marchionibus Electori datis. Iuculenter probat. Quibus alia iungere exempla nobis foret in proclini.

## §. XXVII.

## §. XXVIII.

Sed locum inspiciamus potius, vbi inuestitura fuerit facta. Et credam, vt iudiciale iudicia solennia omnia sub dio; ita feudale non alio loco esse quærendum. Cur vero sub dio, facile est demonstratu. Intererat quippe Reipublicæ, vt omnes intelligerent, quomodo ius dicteretur; intererat totius imperii, vt, qui munera imperii summa, ac præcipua gererent, publice innotescerent. Ipsi imperii conuentus in campo agitabantur, veterum Francorum more, donec solis ardor, atque imbrum incommoda, aliaque locum mutationi facerent: quod præclare Antonius Matthæi in Comentario ad *Chronicon Egmondanum* p. 219. e veteribus tabulis docuit. Non nemo cum in *Capitularibus* legeret, Pipinum ac Carolum M. præcepisse, vt loca vbi placita fiant, bene restaurata fiant; ea in curris ac domibus putauit celebrata: exceptis causis minoribus decisis sub dio. Sed non est ita. Semper sub coelo & aperte ius dictum, nisi vel nimium frigus, vel solis ardentissimi radii, vel pluviae personas iudicium constituentes impeditent. Argentorati adhuc post interregnum in publico foro litigantibus dictus est dies: extatque in antiquis ciuitatis legibus prohibito, ne quis ad domum iudicis citaret quemquam. Quidquid in contrarium observatur, ad abusus pertinet. Hinc saepe prohibitum, ne in atriis ecclesiarum, vel ipsis ecclesiis actionibus configeretur. Quocirca non mirum, nec feuda dari in templis potuisse. Textus inuenitur in I.F. Allemannico hand obscurus: der Herr soll snyen Mannen zu allen Zeiten und in allen Stellen ihr Lehen lyhen/ so sie esfordernd / on in der Kirch und an dem Kirchove / da mag er gar das mit Rechte nit gehyhen. Singulare non-nihil in historia Caroli Audacis animaduerti, qui in templo

plo Ecclesiæ S. Maximini iuxta Treuiros magna pompa  
 apparari omnia iusserat, vt ibidem regia sceptra manu.  
 Imperatoris obtineret: quanquam decollauit spes omnis  
 euaniuitque consilium. Ceterum firmiter concluditur,  
 non fuisse locum signata determinatum, vbi con-  
 ferenda feuda, & porrigenda vexilla. Fiebat id saepe  
 in publicis imperii conuentibus, in conciliis sacris, non  
 nunquam, vbi Cæsar inaugurabatur, vel aliquandiu com-  
 morabatur, vel, quo litteris inuitatos secum iussit coire  
 clientes. At cognoscunt paucissimi, Noribergæ reno-  
 uationem feudorum suorum saepe saepius obtinuisse sum-  
 mos imperii proceres, in primis, cum in usum irreperet,  
 vt ibi primus imperii conuentus a nouo Rege celebrare-  
 tur. Saltem non nisi turbulentis temporibus, & ob graves  
 cauſas post interregnum ab hoc more recessum: quid?  
 quod in aurea bulla postmodum diserte est statutum, vt  
 prima imperii coitio Noribergæ fieret. Præcipua cauſa  
 erat, quia ibi inuestiturarum solennia haud raro peracta:  
 quo factum, vt hæc ciuitas curia feudalis primaria lege  
 constitueretur. Notat *Sigismundus a Birken in Speculo*  
*Honoris Austriae p. 974.* Sigismundum Imperatorem juxta  
 ædes Furerianas magnificentissimas in foro regium soli-  
 um curasse ædificandum, in quo & ipse & successores be-  
 neficia confirmarent illustribus Principibus, ac no-  
 na darent. Sub Friderico III. istud adhuc solium  
 usui, quem indicauimus, inferuiebat. Et super-  
 sunt litteræ Sigismundi ac Friderici III. dictarum ædium  
 dominis impertitæ, in quibus nonnulla priuilegia legum-  
 tur perscripta, atque hoc cumprimis, vt Imperator no-  
 ue inuestitos precibus compellaret, quo possessores do-  
 mus, vnde Cæsares ad feudale solium, perfracto pariete,  
 comitantibus electoribus ibant, præmio, honore,  
 gratia, ornarent: & hæc preces in diplomate *primaria*

vocantur. Ob hos comitiales conuentus in curia Noribergensi non solium tantum Imperatoris summo loco positum, sed & vtrinque scandita disposita obseruantur, prout secundum leges publicas, tum Electorum, tum ceterorum ecclesiasticorum principum sessioni conueniunt, adnotante *Wagenseilio de Noribergæ rebus notabilibus p. 105.* qui insuper monet, Ludouico Bauaro, Principi in urbem benignissimo, marmoream statuam solio imperatorio imminentem a senatu populoque fuisse positam. Postea vero cum vsu veniret, vt primus imperii conuentus, quemadmodum voluit aurea bulla, Noribergæ non haberetur, Maximiliano ob varia bella impedito, Carolo V. pestilentiae contagium, aliis aliud obtendentibus, etiam nonnulli ex iuris publici auctoribus cum *Bertramo* animum induxere, istud primorum comitiorum ius non amplius attendi, sed in desuetudinem abiisse. At recte monuit celeberrimus *Schwederus*, cui longioris vitæ usuram litterarum bono precamur, saluum haec tenus rei-publicæ ius esse, sartum atque tectum cauentibus in *Recessibus suis Imperatoribus & imperio vid. I. P. part. special. Secd. I. cap. XXX. n. 4.*

### §. XXIX.

Vti vero varia vexilla; ita variis quoque coloribus, imaginibus ac figuris erant distincta: de quibus nunc dicendi locus nullus. Tantum moneo, vexillum regalia significans fuisse rubri coloris. Quæ obseruatio facit, vt de Eberhardi Barbatii Wurtenbergici Comitis ad Ducis dignitatem magnifica promotione aliqua iudicemus inspergenda. Clarissimus *Iterus de F.I.p.130.* luteo illum vexillo scribit a Maximilano I. ornatum; idque in peculiaribus collocat: cum alias vexillum regalia denotans sit rubrum atque sanguineum, vulgo die Blut-Fahne ab omnium armorum, seu insignium pictura vacuum & purum.

De-

Deprehendi alios eosque permultos eadem tradidisse, nulla habita ratione, ab ludatne a scopo *Iterus*, an feriat? Idcirco operæ pretium duxi, inquire in huius rei veritatem. Atqui certum est, & obtulisse Eberhardum & accepisse vexillum flauum aquila ornatum: sed nego fuisse vexillum banni, seu regalium, quod vocant. *Bernhardus Herzogius* in *Chronico Alsatensi*, qui Wormatiensis comitia, &c, qua in iis agebantur curate describit, luteum vexillum non minus atque *Hortlederus* memorat, quem allegat *Iterus*; sed non obliuiscitur vexilli sanguinei seu rubri, regalia summamque iurisdictionem indicantis. Vnde concluditur, vexillum primum luteum non signasse bannum sanguinis, quia hoc singulari velo legimus expressum. Fuit istud potius militare Wurtenbergicorum signum, quod pro imperiali nonnulli amplectuntur: eaque de re multa nostra ætate disputatio surrexit. Hanc autem item, vti me non facere meam iam professus sum supra; ita non possum non notare, militaria vexilla saepe flavo aureoque colore fulsisse. Saltem Henrici VII. vexillum, quod in Italia expansum refert *Mussatus*, totum aureum fuit, seu flauum. Ex quo, nescio quis, ineptissime arguit, etiam Germanos vibrare auriflammam, non Gallos solos. Sed haec recensuisse sufficiat, cum ampla eius rei confutatio propterea non videatur necessaria, quia evidenter cognoscimus, non propter aureum velum, sed haftile & contum inauratum auriflammæ nomen in Gallia innalusse: quod *Gallandius* copiose confirmat.

## §. XXX.

Maiori attentione digna controversia est, an Mauritius Elector ultimo tam solenni apparatu sit inaugurus? Quanquam enim sub Friderico III. & Maximiliano I. exemplorum magna copia est; tamen sub Carolo V.

Principibus maiora anhelantibus, sensim coepit intermitte. Vnde fere apud omnes inualuit opinio, Mauritium vltimo tot solennibus esse inuestitum. Quod quam falsum sit, sequentia ostendunt. Refert enim *Ioannes Sebastianus Mullerus* in Annalibus Saxoniae Augustum Mauritiū fratrem eadem cærimonia Augustæ a Maximiliano II. anno 1566. VIII. Kalendas Sextiles inuestitum, cuius verba, quia non nihil singulare continent, adscribo integra: Den 23. Aprilis ist Churfürst Augustus zu Sachsen von dem Kaiser Maximiliano II. uss dem Reichs-Tage zu Augspurg / unterm freyen Himmel / uss dem Wein-Markte / eben mit solchen Solennitatēn / wie eben 1548. bey Churfürst Moritzes Belehnungs-Actu geschehen / mit dem Erz-Marschall-Amt / Churfürstenthum und Landen beliehen worden / worbey sich dann dieses / so recht merkwürdig / zugetragen: Als die gewöhllichen Lehn-Fahnen / welche sich der Churfürst aufgangs vortragen lassen / und nachgehends der Kaiser ihme / in ipso actu inuestiturę, nach einander in die Hand / und so fort der Churfürst dem Herold geliesert / dieser aber solche / dem Herkommen nach / vom Gerüste herab unter das Volk geworffen / daß alle derselben von dem Pöbel in dem großen Gedränge zerrissen werden / außer des Herzogthums Sachsen Fahne mit dem Rauten-Kranze und den 5. schwarzen Balken / welche gleichwie obbesagten Jahres 1548. auch geschehen / unerachtet des großen Volks / so sich darum gerissen und geschmissen / ganz blieben / gestalt solche ein Reuter erwischet / und dem Churfürsten unverlegt überantwortet / wovor er eine stattliche Verehrung bekommen / weiln mani solches vor eine gute Anzeigung gehalten. Ab eo tempore, fateor, nullum mihi documentum succurrit. Ceterum miror, *Ioannem Joachimum Müllerum*, qui nuper nobis opus prægrande atque eruditum dedit, quod *Theatrum Comi-*

tio-

tiorum vocat, ignorasse, quod Mullerus *Vinariensis* alter  
ē tabulario adnotauit in Annalibus. Ita enim ille pag.  
589. Der letzte Actus mit Fahnen iſt geschehen a. 1548 als  
Käyser Carl V. Herzog Morizzen zu Sachsen mit der Chur-  
Sachsen auf dem Reichstag zu Augspurg öffentlich unter  
dem freien Himmel uſf dem Wein-Marcſt ſolenniter be-  
lehnet. Von der Zeit wird mann keinen ſolchen Actum pu-  
blicum ſolennem weiter finden. Inuenitur vtique. Sed  
quæ interea mutationis ſit cauſa, inueſtigandum. Et  
plures mihi videor deprehiendiffe. Nam cum olim  
omnes, qui regalibus & banno ſanguinis inueſtiebanter,  
ipſimet coram Cæſare & in persona, vt loquimur, ompa-  
rere obligabantur, niſi Cæſar peculiarter nonnullis gra-  
tiam feciſſet, aut , vt alii præſtarent, indulſiſſet, mirum  
non eſt, ſolennitates conſuetas nunquam non fuifſe ad-  
hibitas. Obſtrictos autem vasſallos fuifſe, & inprimis ma-  
iores, vt ipſi venirent & fidem darent multis documentis  
firmatur. Non afferam nunc neque vrgebo Reges An-  
gliaꝝ, vel Walliaꝝ Principes ſæpe mare traicere coactos,  
vt, ducatus Aquitaniæ & Pięſtauienſis atque Monſtrolia-  
enſis Comitatuum nomine, ſacramentum dicerent : no-  
tauit id celeberrimus *Furſtenerius* de Suprematu cap.  
*XXVII.* aliaque memoratu digniſſima e veterum monu-  
mentis excerpit. Tantum lege Allemannica & Saxonica  
feudali monebo cautum, ne regio banno vteretur quif-  
quam, niſi a Rege accepifſet, er ſoll ihn vom König em-  
pfangen/ der König ſoll ihn mit ſeiner Hand leihen. Quin  
ipſis Epifcopis, vtut supremis imperii iuribus donatis,  
iniunctum, vt aduocatos electos litteris commendatitiiſ  
inſtruictos mitterent ad Imperatoris curiam, quo iuriſ  
dicundi facultate manu regia inueſtirentur. Exempla  
ſupra produxiſimus. Et quod amplius: allegat *Schilterius*  
Ruperti Cæſaris diplomata, e quibus pellucet, inueſtitu-

ra per mandatarium concessa (quod Regis voluntate fieri poterat) non statim liberatos vasallos a comparitione personali. Referuauit is sibi ius inuestiendi de nouo, præcepitque, vt a quibusdam Abbatibus & Comitibus confirmatio coram repeteretur. Dubium non est , quin litteræ in *Commentario ad Ius Feudale Allemannicum p. 406.* seq. productæ sint vtique magni faciendæ : quandoquidem necessitas comparendi inde innotescit plus satis. Addo, etiam Bohemiæ Regibus olim necessitatem comparandi per se fuisse impositam, Recte enim a viris clarissimis obseruatum est, priuilegium Regis Adolphi, quod *Balbinus* exhibit *Miscell. decad. I. Lib. VIII. p. 25.* primo specialis gratiæ mentionem facere , cum is Wenceslao indulxit, vt, interueniente procuratore,feudale sacramentum præstaret, deinde iubere, vt, cum sine incommodo fieri possit, *Bohemus feuda sua personaliter*, *vti mos est*, accipiat. Meretur res , vt integræ describantur litteræ, quia ad propositum nostrum nonnihil faciunt ; *Adolphus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, vnquieris Sacri Imperii fidelibus gratiam suam & omne bonum.* Ob suorum meritorum insignia gloria, quibus erga nos & imperium sacrum illustris Dominus Wenceslaus Rex Bohemiae, inclitus Princeps noster & Pincerna multipliciter relucet, suis cupientes parcere laboribus & expensis omnia feuda quounque loco sita, seu quoconque nomine censemur, que a nobis & sacro Romano Imperio dictus Rex per Nobilem virum Rubinum de Fouerna affinem nostrum exhibitem præsentium ex speciali gratia nostræ Regie Maiestatis quamquam absenti duximus porrigenda. Volumus tamen & anneximus hanc formam, ut Rex illustris iam prædictus, cum commode præsentiam nostri habere poterit personalem, personaliter nos accedat, iura suorum feudorum, prout mos expostulat, accepturus. Dat. apud Francfort IV. Idus Maii Anno Domini

ni M. CCXCII. Indictione V. Regni nostri Anno primo. Postea demum vsu venit, vt ex Friderici III. priuilegio, quod referunt *Goldastus & Balbinus*, Reges Bohemiæ non obstringerentur regalia fuscipere, nifi in finibus regni sui, aut locis finitimi s: quemadmodum Austriæ Duces & Archiduces. Quibus postremis hoc amplius singulari Friderici Barbarosæ gratia permisum, vt equo vecti vexillum offerant fusciantque, & caput coram Imperatore tegant: quod nulli principum licuisse perspicue constat. Vnde e *Suttingeri* consuetudinibus Austriacis MS. *Iterus de Fevdis imperii cap. IX. §. XXX.* obseruat, prospexit se sibi Austriacos litteris, vt appellant, reuersalibus, quoties in peregrino & ad eos non pertinente territorio feuda sua receperissent. Cerninus etiam nunc inuestituræ actum affabre depictum in arce Norica, quo fratrem Ferdinandum I. Carolus V. ipse equo insidens in castro Wolkenburgensi beneficia sua permisit. Est illud castrum haud procul ab Augustana ciuitate distatum, & ad Marchionatum Burgouensem pertinet. Quod indicio est, Austriacos, vbi occasio erat, eum seruasse morem & seruaturos forte. Secus si esset, Augustæ sine dubio, aliorum Principum exemplo, a. circa xxx. solenni cærimonia inuestitus fuisset Ferdinandus. Iam vero, cum a consuetudine recesserit, Principes aliosque vasallos comparere coram Imperatore per se, sine negotio intelligitur, quare etiam solennis inuestitura sub dio fuerit omissa. Multum sane sumtus, multum etiam negotii foret impendendum, si ad sedem Imperatorum se conferre Principes semper cogerentur, & solium feudale toties esset vdo sub coelo, extruendum, quoties impertienda feuda tot imperii vasallis. Cui accedit, quod nunc auctoritas & eminens imperii character non fert, vt ipsimet genua inflectant, & tot regulis alligati, tot cærimonias fatigati

gati nonnulla faciant, quæ eorum iuribus, sane prægrandibus, conuerso sæculi more, quadantenus videntur contraria. Inter Episcopos Philippum a Schönborn Electorem Moguntinum a. cœcccxlvi. ultimo regalium feudorum inuestituram recepisse, testis est *Vffenbachius* de Iudicio Imperii Aulico cap. XI. At scimus Lotharingia Ducem Archi Episcopum Treuirensim, tunc Osnabrugensem Præfulem, ab Imperatore Iosepho præsentem dignitati ac potestati suæ solenniter a. cœcccvi. inauguratum. Ceteri absentiam suam verbis honorificis excusant; neque est quisquam qui hanc iis libertatem exprobret. Formulas *Stryckius* noster & *Itterus* aliisque larga manu suppeditant; quos non exscribimus temere.

## §. XXXI.

Hoc dubium, an & Comitibus per se comparendi necessitas fuerit imposita? Nam cum nostra ætate illi ditionibus suis in Iudicio aulico inuestiantur, nec, per proprios ablegatos, sed agentes sæpe alienos, quid? quod Cæsar's officiales sese fstant, credi posset, eos non fuisse ad id obstrictos. At deprehendi ex indubitatis documentis, obtinuisse ab antiquo, vt & hi præsentes Regi sacramentum coram dicerent. Præter ea, quæ e Schiltero allegauimus supra, in primis recordamur litterarum Sigismundi Imperatoris, quas *Zacharias Victor* in apologia pro gentis Waldecciae honore conscripta in lucem produxit, nosque, quia dictis affundunt lucem, & Henrico Comiti apparitaram iniungunt, integras subiicimus: *Wir Sigismund von Gottes Gnaden Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / und zu Hungarn / zu Böhmen / Dalmatien / Croatiens / &c. bekennen / und thun kund offenbar mit diesem Briefe / allen die ihn sehen / oder hören lesen: Sintemahl uns der Allmächtige Gott, das wir gänzlich hof-*

hoffen / dem Heil. Röm. Reich / das zu verwesen / fürgesetz  
hat / so seyn viel Sachen im demselben Reich vor uns aufz-  
zutragen / die von fernewegen zu uns nicht füglich kommen  
mögen / die wir billig zu befehlen geben / andern unsern  
und des Reichs Getreuen / die solche Sachen an unserstaet  
enden: Wenn wir nun unterweiset seyn / daß der edle Hen-  
rich Graff zu Waldeck / unser und des Reichs lieber Ge-  
treuer mit andern seinen Geschäftten zu diesen Zeiten also  
beladen ist / daß er nicht füglich zu uns kommen mag / seine  
Lehn selbst von Uns zu empfahlen / und Wir seynd von sei-  
netwegen demuthiglich gebeten / den edlen Graffen Adol-  
phen von Nassau / Unserm und des Reichs lieben Getre-  
wen zubefehlen / daß er ihm seine Lehn an Unser statt mö-  
ge leihen / desß haben Wir angesehen solche demuthige Bitt /  
und auch betrachtet solche Redlichkeit und Treue / der Wir  
Uns zu dem vorgenannten Graffen Adolphen versehen / und  
haben darum mit wolbedachten Muth / gutem Rath / und  
rechtem Wissen / demselben Graff Adolphen Vollmacht und  
Gewalt geben / und geben in Kraft dieses Briefes / daß  
er dem vorgemelten Graff Heinrichen von Waldeck / sein  
Graffschafft und Lehn / die er von Uns und dem Reiche zu  
Lehen hat / leihen und gewöhnliche Eid darauf von ihm neh-  
meu solle und möge. Doch also / wann der vorgenante  
Graff Heinrich zu Uns bequemlich kommen mag / daß er  
dann solche Lehen von Uns und Unsern Händen selbst em-  
ptahen solle / mit Urkund desß Briefes / versteigelt mit Un-  
sern kundlichen anhangendem Insiegel / geben zu Breslau /  
nach Christus Geburt vierzehn hundert Jahr / und dar-  
nach in dem zwanzigsten Jahre / am nächsten Mittwochen  
nach dem Sontag / als man in der heiligen Kirchen singt /  
Lætare, Unserer Reiche / des Hungarischen in dem drey und  
dreysigsten und des Römischen in dem zehenden Jahre re

K

Quod

Quod autem nunc non amplius, aut saltem non adeo crebro vrgentur Comites, vt vel ipsumet, vel, singulari ablegato interposito, homagium dicant, partim e generali mutatione merito repetitur, partim etiam inde est, quod Cæsar non amplius Comitibus symbolum per se porrigit, sed, aulici senatus opera interueniente, id peragat, partim, quod ipsumet sumtibus parcant. Ex eo vero noua obseruatio permanat, non esse hanc genuinam inter Comites & Principes differentiam, quod hi coram folio Imperatoris, isti coram senatu aulico feudorum suorum participes reddantur. Quidquid hic difformitatis animaduertitur aliunde venit, & ex accidentia. Saltem olim manu regia obtinebant, quod nunc in mandatarii persona perficitur: cuius rei veritas e diplomate deinceps afferendo evidentius innoteſcet. Iſtud magis veritati congruit, non accepisse Comites ac liberos Dominos tanta apparatione & magnificientia iurum suorum confirmationem. Porrigebat Imperator stantibus clypeum ac vexillum. Ex quo cœnit, vt hodieque in aulico senatu stantes sacramentum dicant, nec, Italicorum Comitum more, in terram procumbant. Cui addendum, diuersam quadantenus sequiori tempore vexillorum Principum fuisse formam atque Comitum. Horum enim vela vel in cuspidem desinebant, vel non ita lata erant, aut quadrantalia; cum principum e contrario quadratam prorsus speciem, & augustiorem figuram præ se ferrent: cuius rei veritatem Leibnitus in laudata pro serenissima Hannoverana domo apologia vidit, quando Wurtenbergicorum Ducum vexillum, quod hi pro imperiali venditant, curatius circumspexit, & quandam minutionis notam in eo deprehendit, quod esset fere pinnatum. Minimum ex Oliuarii a Marca, qui Caroli Audacis Burgundiæ Ducis ævo floruit hift. L. V. cap. 25, patet, equitem bacelarium (bachelier) cum promoto-

moueri vellet ad *Banneretii* gradum, pinnatum signum suum supplicem obtulisse Principi, vt illud, refectis alis, in quadratam vexillii formam aptaret. Quæ adnotatio etiæ exacte differentiam signi Ducalis, & comitis non exprimit; sufficit tamen generatim & verisimiliter sic monstrari, dissimilia fuisse. Quod in rebus antiquis & ab opinione pendentibus rebus, quas obliuioni sensim tradimus, sat est. Minimum in eo conueniunt omnes, primaria vexilla quadrata prorsus & in latum magis fuisse expansa, atque cetera procerum, qui principali dignitate non eminebant.

## §. XXXII.

Alterum, quod copiosius penitandum, illud est, obseruari in solennibus inuestituris Proceres complures signa portantes & equo cum inaugurando vectos, folium Regis cingentes. Id Friderici I. Electoris Brandenburgici, Friderici bellicos, Mauritii aliorumque inuestituræ actus in luce ponunt ac certo probant. Et nullum mihi dubium hæret, testium eos habendos loco, quibus sine torus actus vel non fuisse satis solennis, vel minus certus. Maiores enim nostri tam anxie desiderarunt testes, vt inuestituram nullam dixerint, si hi abessent. Vnde *Schilterus* admodum indignatur, & abusum vocat, quando solius scribæ curæ in curiis nonnunquam permititur in vallum recepio. Occurrit enim hic factum, siue nouum concedatur feudum, siue renouetur, quod probatione indiget: occurrit solennitas, quæ sine aliis hominibus peragi nequit. Homines vero vt sint masculi, natura negotiis præcipit, vt sint proceres, conuallati, pares curiae, non extranei, non ex fæce, aut hominum contemptissimum numero, partim prudentia dictat, partim decori recepti vsus suadet. Eam ob caussam in locis aliquibus adhuc in præsentia consiliariorum, & aulicorum inuestitu-

ræ solennitas peragit: quid? quod cum comites in se-  
natu aulico beneficiis donantur suis, fores aperiuntur,  
vt, quod fit, ab omnibus cerni queat. Cui rei non obest,  
quod dicitur, adesse testificationis clarioris signa, litteras,  
puta, inuestituræ; adeoque non apparere, cur testium  
præsentiam tam sollicite mores & leges feudales vrgeant.  
Studio enim coniunxi probationem & solemnitatem.  
Quamuis enim instrumentum domini evidenti argu-  
mento inuestituram probet; tamen non probat semper  
& solum inuestituram solennem. Vnde etiam feudales  
litteræ a testibus, qui negotio aderant, aut signabantur,  
aut etiam subscribebantur, si litterarum essent gnari:  
(plerique enim laicorum litteras nesciebant) vt præter-  
eam, antiquis temporibus litteras feudales raro esse con-  
fertas, aut datas. Hoc *Seckendorffius* in additionibus ad  
libellum, quem *Deutschen Fürsten Staat* præscriptus §.  
XX. his verbis adnotauit: daß Landes Herren im Reiche  
sind / sonderlich von Grafen Stande / die gar keinen / oder  
doch nur solche Kaiserliche Lehen Briefe haben / darinn et-  
wan ein / oder ander Stück / oder Herrschafft begriffen sey.  
Idem *Stryckius*, ni fallor, animaduertit in præfatione ad ius  
georgicum *Lyseri*. Quamobrem paullo attentiori  
studio in tempus inquisui, quando curatius scribi coe-  
ptæ, & post interregnum demum eius rei vsum & obser-  
uantiam magis deprehendi constantem. Quod non ita  
tamen intelligi velim, ac si tum quoque vniuersa & sin-  
gula in eius generis instrumentis crederem expressa: in  
multis generatim duntaxat feuda & iura, eriam, post hoc  
interuallum, sunt indicata, donec recentioribus sæculis ex-  
actiori recensione defungerentur. Neque tamen nunc ita  
omnia cernuntur enumerata, vt nihil sit omissum. Quocir-  
ca hodie de plerisque principibus eorumque maiore ter-  
rito-

reriorum parte foret aetum, si nihil habere iis liceret,  
quam quod litteris est expressum.

## §. XXXIII.

Quæ de solennitate diximus, in memoriam nobis vexillorum lacerationem reuocant, de qua libelli inuestiturarum actus exponentes nunquam non mentionem faciunt. Necessarium quippe plurium opinione videtur, populo etiam relinquere rei tam solenniter peractæ indicium. Vt enim cum inaugurantur Reges, pannus, auena, bos assatus, vinum, numismata populi arbitrio & vsui addici moris erat, ita etiam vexilla ab Imperatoris faciali ordine tenentibus ablata de tabulato in vulgus spargi solebant. Quod *Mameramus* Mauriti Saxoniæ Electoris inuestituram describens sollicite inter alia adnotauit. Vix autem comprehendo, quamobrem Bohemiæ Reges integra sibi restituti vexilla sua voluerint; nisi in minutis saepe aliquid prærogatiua quæsitum adfirmes, aut tandem dicas, reputasse eosdem, non esse adeo vilipendenda insignia sua, ut ultimæ & plebe facis manibus sint discerpenda. Etiam supra animaduertimus, Augustum Saxonem restituentem sibi illæsum Electoratus vexillum præmio prægrandi ditasse. Hæc cum iam absoluisset, noua cogitatio subiit, annon forte Cæsares, dum per faciales suos proiici hæc symbola in terram & spargi in populum iusserunt, indicare voluerint potestatem dandi, & rursus, si sit causa fat grauis, admendi datum & lacerandi. Dun-taxat id nequit negari, eodem modo deuestiri vasallos, ut inuestiuntur. Qui feudum libere resignabat, accepta reddebat, testante Ottone Frisingenii Lib. II. cap. XXVIII. & XXXII. vexilla: (\*) quemadmodum proscriptorum

\*) Similia *Cunctibus* in Ligurino refert. Vnde consequi putant, coram & in manus Cæsaris resignanda fuisse feuda, ut eadem solenni ritu emanu ipsius

ptorum vela ob dolum & fidem sublestam discerpebantur. Hodie tali casu litteræ feudales in minutæ partes scinduntur: sicuti id nuper, cum Electores fratres prescriberentur, vidimus. Peculiaris est sententia *Cangii*, quando id eam ob rem coniicit factum, ut euancerent signa, quibus quis inuestitus, ne prehenderent alii, & ius mentientes offerrent deaudo, sicque iniuria fieret inuestito. Valde enim vereor, ut hoc certum sit. Scimus, ante *Friderici Barbarossa* ætatem vexilla non fuisse discrpta & in vulgus sparsa. Quæ is de traditionibus ecclesiis factis p. 105. in *Gloss.* colligit, huc non pertinent. Fratris quippe in altari cultellus, fracti baculi, teste *Mabillonio Annal. Benedict. Tom. V. p. 29*, hoc indicant, dimittere & resignare, qui tradunt, suum. Vnde factum, ut sacerdotes ac Monachi frustula festucarum, bacillorum saepe litteris adfigerent donationum piarum, qualia se vidisse in perpluribus instrumentis idem alibi adseuerat auctor cultissimus. Quæ res facit, ut ex hoc more ecclesiastico proiectio ac scissio vexillorum commode deriuari nequeat: nisi quidem dixeris, resignasse Cæsarem dominium vasallis principibus vtile, resignasse imperii iura. At tum vix præoptassent summi proceres, ne perirent symbola; si illa laceratione, fractione, ac scissione signata fuisset imperii iurum traditio. Nec credam, adfirmaturum quemquam, voluisse clientes, ne adsignarentur ab Imperatore, sed ut hi resignarent ipsi & offerrent Imperatori ius summum. Hac etenim ratione propria haud dubie cæderent vineta. Nam tum nemo habuisset feudum oblatum, præter solum Bohemum, neque hic sem-

ipsius acceperunt vasalli. Sed sensim ab hoc more abiisse putat maiores *Immanuel Webers* vir celeberrimus, Saltem literas Comitum *Beichlingenfum* afferit, quibus Ludouico Bauaro resignant beneficium Schwartzenburgicis conferendum. Meretur propterea legi dissertationis §. XX. de refutatione Feudorum,

semper : quandoquidem id pritilegii a Friderico II. de-  
mum accepit. Quocunque te vertas, apparent difficulta-  
tes haud exiguae.

## §. XXXIV.

Antequam finem scribendi faciamus, supereft , vt  
quasdam conclusiones ab antecedentibus quodammo-  
do pendentibus diligentius considereremus. Quem enim la-  
tet, disceptari valde, vtrum Vicarii imperii conferant quo-  
que feuda vexilli , an minus ? Et in eo ad vnum omnes  
concordant , feuda vexilli Principum solius Imperatoris  
collationi speciatim in aurea bulla referuari : de Co-  
mitum autem feudis in partes eunt Doctores. Schilterus  
& Lynckerus negant : quidam , vti Koeppenius in *Obseruat.*  
*feudalibus*, soli Palatino vindicant , quidam vtrique Vica-  
riorum, sicut Saxoniae Doctores hodierni, adferunt. Di-  
cam quid vero congruat , quidue documentorum fide  
sentiam. Et praeftriximus autem , Comitum feuda fu-  
isse vexilli, Fahn Lehn : neque ea de re dubium amplius  
remanebit , quamprimum quis sequens diploma pen-  
ficularius circumspicerit. Inueni istud in stem-  
matis Rutheni descriptione, quam edidit Petrus Becke-  
russ , & ex eo mutuauit Lungius : vtut in fine men-  
dosum. Bina in eo occurunt notatu digna : pri-  
mum , Comites fuisse vexillis inuestitos, alterum fu-  
isse etiam inuestitos a Vicariis. Rudolphus enim Pala-  
tinus, vtpote vicarius Imperator post occisum Adolphum  
Regem, Henrico seniori & Henrico iuniori Ruthenis be-  
neficia porrexit, & , quod in primis obseruandum, vexilli  
symbolo, seu Bannerio ; *Nos Rudolphus Dei gratia Comes*  
*Palatinus Rheni, Dux Bavariae*, notum facimus praesent-  
ium inspectotoribus vniuersis , quod consideratis deuotis ser-  
uitiis, que dilecti fideles nostri Henricus Senior & Henricus  
filius suis de Plauen, de Weida & de Gerach Aduocati pro-  
genitoribus nostris hucusque exhibuerunt, nobisque in ante  
pote-

poterunt exhibere feoda, quae ab ipsis nostris progenitoribus  
 de iure tenuerunt, videlicet Clipeum & Bannirum sive ve-  
 xillum eis contulimus & conferimus, ac eos inuestiuimus &  
 inuestimus presentialiter de eisdem. Ita quod ipsi praeter  
 alia seruitia atque nobis ex predictis feodis tenentur quan-  
 docunque nos & eos in curiis aut expeditionibus Roman.  
 Imperatorum seu Regum esse contigerit ad obsequendum &  
 intendendum nobis suis herbergas nostre herberge debeant  
 vicinare, suamque apud nos pro eisdem curiis & expeditio-  
 nibus disponere mansionem. In cuius rei testimonium pre-  
 sentes damus Sigilli nostri robore communitas. Datum in  
 castris apud Bronne Anno Domini millesimo ducentesimo no-  
 nagesimo octavo VIII. Kal. Iul. At qui vero Palati-  
 nus Ruthenis porrigere beneficia sua potuit, cum horum  
 territoriorum non pertineat ad vicariatum Palatini, sed Sa-  
 xonis? An adeo forte ineptus non erit Koepenius in  
 obseruationibus feudalibus Palatino vicario ius olim inuesti-  
 endi tribuentis? an Suevicum speculum quadantenus au-  
 diendum, quod l. I. c. 144. n. 1. similia tradit? Und ist das  
 ein Römischer König stirbt / und wird in Jahrs Frist ein  
 anderer König nit genommen/ob die das saumen die den König  
 do welend/ oder irret es/ daß zweien König werdent er-  
 wehlet/ oder daß keiner wird/das sollen die Fürsten und an-  
 dere des Reichs-Mann nit entgelten an ihren Lehn. Wird  
 es nicht verricht um einen König in zunt Jahrs Frist / so  
 sollen alle die Lehen von dem Reich haben/ ihre Lehen em-  
 pfangen von dem Pfalz-Graffen von dem Rhein / ohne  
 die Fürsten / die sollen die Fürsten-Ambt nit von im em-  
 pfahen/ wann sie werdent des Reichs-Mann/ wann (dan)  
 er leihet ihnen sein Gut nicht. Er leihet jenen des Reichs-  
 Gut/ davon seynd sie des Reichs-Mann. Habemus hic  
 impe-

imperii praxin ; quæ non solum in dubium vocari nequit, sed legum obscuriorum decreta amplius illustrando confirmat. At hoc tamen argumento nondum reuincitur, quid secundum *auream Bullam* iuris competat imperii procuratoribus. Hæc etenim Vicariis post mortem Imperatoris cap. V. permittit inuestituras, exceptis *Principum feudis & vexilli*. Ita vero legendum sæpe sæpius inculcat *Schilterus*, ac corrigi vult vulgare Teutonicum exemplum, vbi legitur *Fürsten Fahn-Lehn* / non autem *Fürsten-Lehn und Fahn-Lehn*/corrigi, inquam, e MS. *Hortlederi a Pryschenko* sibi donato. Quare secundum opinionem clarissimi viri dicendum foret, Carolum IV. eripuisse ius Vicariis antea indubitatum inuestiendi Comites vexilliferos. Olim enim id facultatis penes Palatinum Vicarium extitisse ipsemet credit, & nos nunc diplomate freti in clariori luce constituimus. Ergo quid? Si exempla suppeterent, nempe Comitem vnum atque alterum post auream bullam a Vicariis sua feuda recepisse, salu res foret, & interpretatio ex praxi imperiali eidens. Sed nullum hactenus inueniri potuit. Nam etsi Werteimenses Comites a Ioanne Comite Palatino, vacante imperio, indultum ratione feudorum petierunt; tamen a petitione indulti ad inuestituram reapse factam non reple concluditur : vt si leam, Comites hos esse quoque vasallos Palatini. Quocirca, semel fenestra coniecturis aper ta, quæstio in vtramque partem ventilari coepit. At mea hæc est sententia, & sic animum induco meum, ad veritatem accedere proprius, sub feudis vexilli intelligi duntaxat magna Principum, quæ solenni pompa, spe cante omni populo, sub dio olim fuere permissa. Ut rationes ita subducam, varia argumenta suadent. Nec enim probabile est, Carolum IV. ademisse aliquid Imperatori bus vicariis, quod hi ante bullam eius liquido iure exer

L

cue-

cuerunt: maxime cum is consuetudines ratione nitentes confirmauerit omnes, quæ paullo ante ætatem suam obtinuerunt. Cur autem hanc ex imperii finibus censuerit expellendam? Alterum, quod me mouet, illud est, excepisse Rupertum in ampio diplomate Ludouico filio dato, cum eum Vicarium imperii constitueret, non nisi ducatus & principatus: ceterorum vestituram permisit. Vrut autem eius generis concessio viuo est facta Imperatore; non intelligo tamen, quare Vicariis lege constitutis minor potestas sit tribuenda, in primis, cum ista iis speciatim & perspicue nunquam sit erecta, nec tantum vñquam habitum, vt, viuis Imperatoribus, procuratoriis Imperii interdiceretur. Quod vt euidentius cernatur ad ordinationem *Regimenti* prouoco, quæ feuda vexilli ita circumscriptis, vt diserte solennium, quæ in Principum inuestituris obseruantur, mentionem iniecerit. Verba sunt:  
Wir behalten uns auch bevor die Belehnung der erleuchteten Lehñ und Regalia derienigen/die sie hievor unter dem Fahnen öffentlich mit Solennitäten empfangen haben - - zu verleihen. At deficiunt exempla Comitum tanto apparatu sub dio inuestitorum. Quamuis enim supra retulimus inuestituram solennem Sabaudiae Comitis; notum tamen, Comites Regni Arelatensis principibus semper parres fuisse habitos: quod locus *Ditmari Merseburgensis p. 407.* aperte monstrat: *Wilhelmus Comes, de quo predixi, miles est regis in nomine, & dominus terra re, & in his partibus nullus vocatur Comes, nisi is, qui Ducis honorem possidet: & ne illius potestas in hac regione paulo minus minueretur, consilio & actu Imperioriae maiestati, sicut predixi relubatur.* Hoc in causa fuit, quare circa illud exemplum hæsitaremus ipsimet. Vnum fateor dubium subnatum est mihi, cum in *Chronico Alsatico Bernardi Herzogii Hennebergicos Comites solenni cærimoniam a 1495.* legere-

legerem inauguratos. At euanuit statim, cum cogitarem, esse hos Comites Principes, qui hodienum Principum, Marchionum, Ducum more manu regia confirmationem iurium suorum obtinent. Audaciæ vero plena opinatio *Hermis, Reinkingii & Myleri* est, quando Comites comprehendi sub Principibus statuunt. Quod si enim Principis vocabulum idem sonat ac Magnatis imperii, verum quidem est, Comites eo sensu vocari posse Principes: at tum res in logomachiam incidit. Nos quærimus, an feuda Comitum similia sint feudis Principum, nomine, dignitate, & officiis a Comitibus distinctorum? Cetera argumenta illustrantia, quæ exhibuerunt nuper *Saxonici Doctores*, omitto. Vnde vero factum, ut nullum exemplum post auream bullam vexillo reapse inuestiti Comitis animaduerratur, facile intelligitur. Quis enim omnia excussit tabularia? Quis nescit, exiguo vt plurimum spatio durasse interregna? & fac, non reperiri, quis propterea rem meræ facultatis existimabit ademptam, quis præscriptram? Cui non aduersatur, regalia, quibus etiam Comites ornantur, proficisci debere a Rege. Sunt enim Saxo & Palatinus Reges vicarii, qui vniuersa exercent iura, quæ iis non sunt legibus publicis ac consuetudine interdicta. At ubi est eiusmodi eidens prohibito? Addo, non legi vsquam, contradixisse Palatinos Carolo IV. quod fecissent sine dubio, si illorum conuellere iura sustinuisset. Igitur magis est, ut credamus, reliquise hanc facultatem Imperatorem vicarii, quia altum vbique silentium, nec oppositio ylla, nec lis est coorta, nec disputatio audita. Quam vero ob rem maiorum feudorum vexilliferorum collationem sibi referuauerint Imperatores multæ secretiores caussæ sunt, quas aperuit ex Boeclero D. Datius de Pace publica p. 612. Reservata autem, inquit, est Casari hec inuestitura

Feudorum principalium per Auream Bullam, non ex ratione, quam a præstantia & preeminentia tum territoriorum, tum personarum, qua inuestiuntur, alii desumunt, etiam si facile concedamus, videri potuisse cum Electorum præjudicio coniunctum, si ipsi a Vicariis, quibus saepe pares vel superiores sunt, inuestituram, præstito fidelitatis hominio, acciperent: sed ex ratione quadam politica, que magni momenti & consequentie Boeclero in Notitia V. 3. in motis autem MS. hæc subesse videtur, ut nimis Principes præsertim potentiores, vacillante iam tum Germanicorum Cæsarum potentia, isto, quod inuestitura Feudorum regalium connexum est, fidelitatis vinculo sibi quasi solis Imperatores obstringerent, beneficiique accepti debitores haberent. Idem rationem aliam secretiorem & hanc quidem indicat, quod actus hic inuestiture eum summa submissione coniunctus sit, ut illum proinde hodie per legatos potentiorum Principum plerique expediant, quæ suo loco relinquimus.

### D. XXXV.

Ceterum nemo negat, posse Cæsarem, extra imperii limitem constitutum permittere Vicariis speciali mandato, ut suo nomine summos regni proceres in possessionem iurium suorum mittant. Dependere enim id ab ipsius arbitrio ius Allemannicum F. perspicue prodit: Und wann ein König von Deutschen Landen fähret / so mag er des Reichs Marschall den Gewalt wol geben / daß er den Pan leihe an seiner statt. Das ist der Herzog von Sachsen. Das soll er thun in Döringen / in Sachsen und in Hessen pis an den Peheim und über all Franken / wer der ist / der sein Unterthan ist. Und geit im der König den Gewalt / daß er dem Pan leihe / so hat der Marschall Recht über alles Schwaben Lant pis an den Rhein / und durch das Gepirg pis für Triente ein Meil. rc. Neque mihi dubium hæret, quin idem liceat intra regni fines præsenti, si iple-

si ipsemet hac defungi opera nolit. Supra enim a nobis adlata sunt exempla, vbi inuestitura Comitibus & advocatis per mandatarium est concessa: ecce igitur non posset eadem facultas Vicariis lege publica constitutis fieri? Sed singulare fateor in Holsatiae Ducibus occurrit. Hos enim Episcopus Lubecensis summis olim imperii iuribus vicaria semper opera donabat, peculiari eam in rem priuilegio munitus. Dubitauit equidem Cl. Itterus, de F. I. p. 231 seqq. annon totus Holsatiae Comitatus fuerit Episcopifendum, ab eo solo dependens, non ab Imperatore, aut imperio; dubitauit, variis rationibus commotus, non visis documentis, non animaduersis, quae hic requiruntur, litteris. Ego id iuris, quidquid est, ab Imperatore singulari gratia profectum vix ambigo, nempe, ut esset comitatus Holsatiae & Stormariae feudum Episcopi, atque hic simul territorii iura solenni ritu in Comites possessores conferret. Habeo ad id probandum instrumentum publicum, in quo totus inuestituræ actus describitur & simul litteræ Sigismundi Imperatoris leguntur: quod, cum nondum sit editum, produco, vna cum alia Alber-  
ti II. epistola eandem causam illustrante; quo sic Gasparis Dankwerthi in descriptione Holsatiae adlata recensio efficiatur certior. In nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo quadrageentesimo tricesimo octavo indictione prima, die viceima sexta mensis Septembri, hora tercia veri vel quasi pontificatus Sanctissimi in Christo patris & domini nostri Eugenii diuina prouidentia papa quarti anno eius octavo Magnificus princeps & Dominus Dominus Adolphus Dux Sleswicensis & Holsatiae, Stormarie ac in Schewenborgb Comes coram reuerendo patre & Dno, Dno Iohanne Schele Episcopo Lub. & in mei Notarii publici & testium infra scriptorum presentia personaliter constitutus deposito Capucio eundem dominum Episcopum esse dominum feudi

L 3

comi-

comitatus Holsacie recognoscens debita cum reverencia eidem  
 Dno Episcopo humiliter supplicauit, quatenus ipsum cum co-  
 mitatu Holsacia ac dominio Stormarie eidem Comitatui an-  
 nexo & ab ipso comitatu immediate dependente infendare  
 ac comitatum & dominium huiusmodi sibi conferre & infe-  
 dum dare & concedere dignaretur. Praefatus vero domi-  
 nus Episcopus huiusmodi supplicationibus inclinatus recepto  
 pileo de capite strenui militis Schakonis Ranzowen per tra-  
 ditionem dicti pilei aureo crinali aet ferto adornati, in &  
 ad manus eiusdem domini comitis more patriæ factam hu-  
 iusmodi comitatum Holsacie & dominium Stormarie cum  
 omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem Dno Adulpho in re-  
 feudi contulit & in feudum dedit & ipsum cum eodem comi-  
 tatu Holsacie & dominio annexo huiusmodi palam & pu-  
 blice ac solemniter infendauit. Et mox idem Dominus Dux  
 & Comes tanquam Vasallus ipsius Domini Episcopi consue-  
 tum fidelitatis homagium eidem Domino Episcopo velut domi-  
 no dicti feudi solito more praesertim atque fecit, & debitam  
 fidelitatem homagialem eidem Domino Episcopo ore & manu  
 in vinculo iuramenti seruare promisit. Deinde reverenter  
 deprecatus est pro imperialibus litteris bullæ aurea imperia-  
 li sigillatis ius infudacionis antedictæ pro Episcopo Lub-  
 enci in se continentibus, quas ipse dominus Episcopus in suis  
 tenuit manibus, ut huiusmodi literæ in loco tuto ubi priuile-  
 gia dicti principis custodiuntur ponerentur, advsum & uti-  
 litatem tam Episcopi Lubic. quam Comitis Holsatiae pro tem-  
 pore existentium Dominus autem Episcopus antedictis hu-  
 iusmodi praesentibus annuens litteras easdem precise ut pre-  
 cabatur manualiter tradidit praefato Domino Comiti,  
 his tamen conditionibus, scilicet si idem Dominus Episcopus  
 similes litteras sigillo Maiestatis imperialis sigillatas praefato  
 principi praesentauerit, vel si a domino glorioſſimo rege Ro-  
 manorum moderno litteras ipsius aureæ bullæ confirmatorias  
 im-

impetraverit & eidem domino Comiti assignauerit, ex tunc idem dominus Comes ad hoc requisitus dictam auream bullam reddens & restituere teneatur, ut apud ecclesiam Lubicens inter alia ipsius Episcopi Lubicensis priuilegia reponatur, predictus vero dominus dux & comes huicmodi admittens condicione eandem auream bullam, ut prefatum, sibi traditam ad se recepit ac ea, que in eisdem litteris imperialibus continentur, pollicitus est efficaciter obseruare. Tenor autem earundem literarum hic est: Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae Rex honorabilibus nostris & imperii sacri fidelibus dilectis consulatu ciuitatis nostræ suam gratiam Cæfaream & omne bonum. Since-ræ deuotionis affectus, quem venerabilis Iohannes Episcopus Lub. princeps & consiliarius noster deuotus dilectus ad nos & imperium ipsum, prout experientia cottidiana didicimus gessit haec tenus atque gerit, promeretur, ut votis suis fauorabiliter annuamus, praesertim illis, quo status ipsius Episcopi & Ecclesiae sue Lub. commoda respicere & dampna retractare & impedire dinoscuntur. Cum itaque generosi Comites Hollætæ siue unus, siue plures existunt, vafalli sint Ecclesiae & Episcopi Lub. pro tempore existentis, prout fide dignorum relatione & alias plene didicimus & ad ipsum Episcopum infeudationes dominii, ex concessione imperialis cellitudinis pertincent, minime decet, quod Comites ipsi aliqua de bonis feudalibus per eos haec tenus ratione dominii & comitatus huicmodi vterius alii in feudum dari & assignari conueris possint, siue debeat nobis, siue Episcopo antedicto inconfutis alienare quoquomodo. Nos igitur dampnosis alienationibus huicmodi obuiare volentes ex certa nostra scientia & motu proprio ac auctoritate imperiali, tenore praesentium prohibemus, ne quis Comes Hollætæ

tiæ pro tempore existens sine consensu & assensu nostro vel Episcopi Lüb. pro tempore existentis quicquam de bonis feudalibus huiusmodi quoconque aut qualitercumque publice vel occulte, directe vel indirecte per se, vel per alium quoquis modo alienare præsumat sub poena iuris ordinaria & etiam sub multa ducentarum marcarum auri puri, quas ab eo qui contra fecerit totiens quotiens contra factum fuerit, irremissibiliter volumus exigi & pro medietate imperialis ærarii sive fisci, pro reliqua vero parte Episcopi Lub. pro tempore existentis vobis applicari. Quocirca discretioni vestrae sub indignatione imperiali grauissima & eadem poena mandamus, quatenus in præmissis & circa ea ac etiam, ut ipsi comites pro tempore ipsum Episcopum Lub. infeudationibus huiusmodi in antea fiendis debite recognoscant, eidem Episcopo Lub. pro tempore, dum ad id requisiti fueritis, etiam cum auxilio brachii secularis efficaciter assistere & pecunias occasione prædictæ poenæ debitas, sive debendas auctoritate imperiali emonere & partem ipsarum ad imperialeum fiscum pertinentem ad fiscum ipsum fideliter destinare; alteram vero partem eidem Episcopo Lub. pro tempore realiter assignare curetis præsentium sub nostræ imperialis maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Bafileæ anno domini millesimo quadragesimo tricesimo quarto die duodecima mensis Aprilis regnorum nostrorum anno Hungariae quadragesimo octavo, Romanorum vicesimo quarto, Bohemiae decimo quarto, imperii vero primo. Ad mandatum domini Imperatoris Caspare Sligk milite Cancellarij referente. Hermannus Hecht.  
Super quibus præfatus dominus Episcopus me notarium publicum infra scriptum requisivit, quatenus sibi super præmissis unum vel plura publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hæc anno indictione  
ne



ne, dic, hora & pontificatu, quibus supra in opido Plone  
dictæ dioec. Lub. ante & circa hospicium eiusdem domini  
ducis prope Ecclesiam parochialem situatum, præsen-  
tibus ibidem venerabili viro domino Bertoldo Vriburg Can-  
tore Ecclesie Lubic. Licentiatu in decretis ac Domino Scha-  
kone prædicto ac famosis armigeris militaribus Iohanne  
Pogkwisib & Henrico Bockwoldo Laicis Bremenis & Lubic.  
dioec. testibus ad premijs vocatis specialiter & rogatis.

Ac Ego Iohannes Koghensticher clericus Bremenis  
Dioec. publicus imperiali auctoritate Notarius, quia huius-  
modi supplicationibus ac collationi feudi ac infudacioni ac  
homagio & promissioni ac literarum cum Bulla aurea sigilla-  
tarum traditioni ac earundem receptioni & pollicitatio-  
ni omnibusque aliis & singulis, dum sic ut premititur, fierent  
& agerentur una cum prænominatis testibus præsens interfui  
eaque sic fieri viai & audiui; ideoque hoc præsens publi-  
cum instrumentum exinde confeci, subscripsi & publicauit  
signoque & nomine meis solitis & consuetis signauit. Rogatus  
& requijsitus in fidem & evidens testimonium omnium & sin-  
gulorum præmissorum.

\*\*

Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus,  
ac Hungariæ Bohem. Dalmat. Croatiae &c. Rex & Dux  
Austrie.

Ad perpetuam rei memoriam exigit specialis deuocionis &  
sinceritatis affectus, quem venerabilis Iohannes Schele Epi-  
scopus Lub. princeps & consiliarius noster deuotus dilectus  
ad nos & sacrum imperium Romanum in obsequiis multis  
per plures annos, ut experientia clara didicimus, fideliter ges-  
isse ac solerter & cotidie gerere comprobatur, ut petriciones  
eius, illas presertim, per quas commodo & honori suo & su-  
orum successorum Episcoporum Lubic salubriter consulatur  
& exauditionis gratiam fauorabiliter admittamus. Sane

M

nu-

nuper pro parte Episcopi prelibati nobis fuit humiliter supplicatum, ut infeudacionem de Comitatu Holsacie ac domino Stormaria ab eodem Comitatu dependente illustri & dilecto nostro Adolpho Duci Slesvicensi. & comiti Holsacia per cunctem Episcopum pridem factam ac homagii prestationem & promissionem per eundem & comitem cum nonnullis literis imperialibus ad id requisitum prefato Episcopo factas, prout instrumento publico desuper concessio plenius continetur ac instrumentum & contenta in eodem & quaecunque exinde secuta approbare, ratificare & confirmare de benignitate nostrae regie Romanae auctoratis dignaremur. Nos igitur de huiusmodi supplicationibus inclinati infeudacionem ac homagii prestationem & promissiones huiusmodi ac instrumentum ipsam dictarum imperialium literarum formam in se continens cuius tenorem hic pro inserto habemus & haberi volumus ex certa nostra scientia & auctoritate predicta tenore presentium approbamus, ratificamus & perpetuo confirmamus. Supplentes eadem auctoritate omnes & singulos defectus si qui forsitan interuenient in iisdem presentium sub nostre Maiestatis sigilli appensione literarum testimonio. Datum Gorlizia secunda die Novembris Anno Dni. M. CCCCCXXXVIII. Regnorum nostrorum anno primo. Exinde vero clarum fit, non desisse Cæsarum supremum in Holsatiam Stormariamque dominium. Dicitur quippe, non posse Comitem alienare quidquam, nisi vel Cæsar, vel Episcopus consentiat: quæ verba alterne posita satis comprobant, non excludi Imperatoris auctoritatem, sed includi: immo omnia, quæ tenuit fecitque Episcopus, beneficæ Regum voluntati merito accepta ferri. Quid enim volunt sibi repetita verba ex concessione imperialis celsitudinis? & quare, quæso, Comes secum petiisset communicari imperatoria litteras? quare confirmasset Albertus? quare poenali mandato minisque repudi;

pugnantem Comitem eo compulisset Sigismundus ? At scio , quamobrem Sigismundus Episcopum Ioannem Scheelium, ordine VII. tanta gratia cumulauerit ? Fuit is Cæfari ab epistolis in concilio Basileensi, eoque facile, quod cupiebat , impetravit . Sunt penes me plura, quæ Lubecenses in hac proposuere synodo . Verumtamen nunc, fateor, aliter est . Fecit enim Carolus V. vt ipse sibi feudum daret Christianus II. Daniae Rex affinis Imperatoris, quod ante illam ætatem regio nomine permiserat summus Lubecensium pastor . Quod explicate indicat, non nisi ministerium Præsulis in inuestitura, ac regalium confessione interuenisse . Fuse rem omnem describit *Ioannes Meursius Lib. III. Historia Danica p. 79.* Ex quo decipi *Conringium de finibus Imperii cap. XVI.* innotescit , qui contra imperii antiquissimum decus in obsequium Daniae flexam judicauit Holsatiæ . Non est id factum : quandoquidem , ipso tradente *Cypriæ scriptore Hollato*, non plus juris accepere Daniae Reges , quam olim habuit Episcopus Vthiensis . Postea vero cum Christiernus, seu Christianus II. regno excidit, istud Daniae priuilegium euauit prorsus , atque Hollatiæ Duces in prælenti feu-  
dale sacramentum Regi dicunt . Bina obseruo atque addo : primo, falsum esse *Linnæum Tom. I. addit. ad Lib. V. p. 874.* cum Ditmarsiam quoque ecclesia Lubecensis feudum dicit, de qua litteræ Sigismundi & publicum , quod descripsimus , instrumentum silent ; quin scimus , Ditmarsiam demum Friderici III. ætate Holsatiae Stormarieque adiectam, seu , vt loquitur diploma , a *Leibnitio* aliquique vulgatum, *incorporatan*: deinde, non vexillis suis se inuestitum Christianum I. Oldenburgicum ab eodem Imperatore , sed expresse condictum , vt inuestitura eodem , quo olim, modo ac ritu, pileo , credo, perageretur . Qua de re cum postmodum imperante Carolo V. contro-  
uer-

uersia nasceretur, in eum tandem totum negotium peruenit starum, quo nunc conspicitur. Peculiare non minus est, quod refert Petrus Becklerus in laudato stemmate Rutheno p. 344. Marchiones Misniae Ruthenos Comites vicaria olim opera, non suo iure, ciuitatibus, castris, & quæ ab imperio tenent, iuribus vestiuisse. Quod <sup>er</sup> ~~er~~ ipsius fide duximus monendum.

### §. XXXVI.

Extra hunc casum, videlicet deficiente mandato speciali, aut priuilegio Lubencensis Episcopi simili, neque vicearii post mortem imperatoris, neque eo absente, tali potestate fungentes principibus sua permittere possunt. Et si enim sunt, qui de præsumptione libertatis in casu absentiae aliquid inspergunt; non puto tamen, eos habere rationis. Debet præsumptio non aduersari obseruantiae imperii & Cæsarum arcanis consilis. Et repugnat vero, id Vicariis præsumi generatim concessum, quod, ob secretas caussas, sibi semper tribuerunt Reges, nec, nisi speciali gratia mandatoque cuiquam permiserunt faciendum Pragmaticorum, quam crepant, regula, parum probat, nimirum videri relictum, quod non sit ademptum. Diu quippe est, cum consuetudo, tot litteris, diplomatis, actis exposita ademit. Cui opitulatur, quod in aurea bulla, Rege non viuente, id facultatis illis sit interdictum: eoque minus videatur verisimile, viuo Imperatore competere, quod iis negatur in interregno, ubi soli sunt, & vicearii Imperatores iure habentur. Igitur existimauerim non ausuros Vicarios, licet Imperator non circumscripsisset sigillatim eorum libertatem, impetrare Principibus feuda, nec hos recepturos ab illis: quandoquidem in notissimis est, Cæsarum hoc proprium fuisse, & esse etiam nunc, nisi ipsimet viui videntesque istud auctoritatis cum aliis iudicent communicandum.

### §. XXXVII.

## §. XXXVII.

Vt autem indultum petant, ac moræ spatum, non repugnat. Scimus iussisse Maximilianum I. in ordinatio-ne Regimenti, vt hoc fieret. Quo intuitu non negabo, posse Principes termini prorogationem petere, si velint, posse, cum superflua non nocere notum sit: atque eo forte exemplum Moguntini Archiepiscopi a Buxtorfio ad auree Bullæ cap. V. allegatum pertinet. Sed quis coget? quis, si omittant, beneficium perdituros statuet? In ciuilibus defenditur, dilatationem videri concessam, quam lex indulget, aut vbi notissimum impedimentum. Et hic quis adeo rigidum & plus quam stoicum induet vultum? Vnde perspicue falsus est Thulemarius, qui ad Bauari citationes ac Palatini in tractatu de Octouiratu cap. XXII. n. 27. prouocat. Loquuntur illæ de feudis minoribus, quæ conferunt Vicarii, qualia sunt die Nürnbergische Küchen-Lehn/ ad culinam Imperatoris pertinentia, equitum, cetera. Neque mihi dubium hæret, quin hi, vbi intra legitimum tempus cessent petere inuestituram, aut prorogationem termini, feodum amittant, nisi Cæsar per indulgenter possessoribus errorem condonet, aut Vicarii ipsimet. Ut autem cum Comitibus ac Baronibus tam agatur seuere, imperii praxis aduersatur: maxime cum doctores excitauerint item, & inter se sint digladiati, negantes ut plurimum, fas esse Vicariis, inaugurarare Comites ac sacramenti formulam praescribere iisdem. Igitur quamdiu res in ambiguo relinquuntur, hi semper in bona versantur fide, donec imperii lex determinet, quod hactenus credebatur dubium. Id autem neque hoc forte saeculo continget, neque futuro, id est, nunquam. Nec enim Republicæ salus in periculum coniicitur, etiamsi Comites ac Barones, quorum potestas, vt reliquorum statuum, maiores auctus sumvit, ab ipsomet inuestiantur Imperatore;

inprimis, cum quorundam auctorum, vt ut seniorum, rationes decidendi tantæ non sint auctoratis, vt contra torrentem ceterorum cum effectu queant allegari: quamvis de reliquo, quod clare est dispositum, penes vicarios Imperatores maneat iure. Aliud est, quando a Cæsare Doctores moratoria literas a Proceribus imperii vniuersis atque singulis vrgent petendas. Cum enim certam pecunia summam pro data dilatione pendant, eo que lucrum cancellarie interueniat, mirum non est, vigilari a Moguntino, vigilari a Cæsare, quippe qui ne exiguum quidem obligationis statibus sine prægnanti cauilla remittit. An perdant vero, & amittant beneficia stricto iure, si negligant implorare Cæsarem, altioris indaginis quaestio videtur, quam nunc, methodi legum memores, non excutiemus. Duntaxat moneo, non habere Electores, Principes, aliosque imperii primores satis cauillæ, quare leges feudales migrare velint receptas, nec stare consuetudine, quæ nunquam exoleuit, nec implere vasallorum officia, cum tamen non pudeat eos, insigniri hoc nomine. Antiquissimæ autem consuetudinis esse, vt qui intra annum & diem renouationem possessionis non petit, feudum amittat, pueris fere notum est. Conf. *Iterus de Feud. imper.* p. 587.

### §. XXXVIII.

Ceterum miror, potuisse homines doctrina ornatos incidere in dubitationem, aut disputare vñquam, an, si Cæsar diem dixerit Principi, vt solenni ritu acciperet feuda, & interea e vita migret, tum Vicarii possint vocato inuestituram tribuere? Perspicuum est, non posse. Quod si enim prohibitum credimus, ne Principes inuestiant Interreges, quomodo igitur nunc facient, quod est prohibitum atque eorum potestati exemptum? At ita sunt lurenconfulti in otio degentes: excogitant exempla, amant

amant exceptiones, &c e minutiis saepe differentias exculpunt. Igitur, cum vidissent, Palatinis non esse ius inuentiendi Principes, quibus diem dicant ipsimet, statim quæsiuerunt, an possint fortassis inuestire ab Imperatore præmortuo citatos? quasi in citatione lateat arcanum, illisque solum interdictum sit, euocare ad curiam suam vasallos Principes. Sed nemo non intelligit illepidas argutias.

## §. XXXIX.

Illud disputabo, commode ne appellerur Ius Cæsaris conferendi feuda vexilli reseruatum? Et censeam, si respicias interreges: negem autem, si intuearis status in genere, vti recte arguit illustris *Thomasius* in notis ad *Monzambanum* p. 477. Reseruata quippe hoc sensu iura sunt maiestatis Cæsari propria, non communicata cum statibus. At hoc vero competit ei tanquam Domino feudi, qua tali. Et quis dixerit dominos feudi frui reseruatis? Hoc vt bene contra *Iterum* alioisque negat *D. Titius*; ita alterum quæsumus, deturne superioritas per inuestituram, a recta status controuersia expositione puto pendere. Neque enim certabit quisquam, primam feudi collationem tribuendam esse Cæsaris beneficio. Hæc non est sine iuribus, nec potestate. Iam renouatur inuestitura, hoc est, semel collata potestas confirmatur; sed confirmatur non pro arbitrio, sed secundum pacta, & capitulationes præscriptas. Nec dubium, antequam etiam solennes capitulationes inualuerint, istud cessasse arbitrium. Promovere Reges ad unum omnes, quando territoria hereditario iure ac potestate transire coepertant, se reliquros statibus a maioribz accepta, nisi facto suo excidant iisdem, non seruantes sacramenta, non stantes promissis. Quidquid nunc faciunt, ex pacto faciunt, verbis suo quidem, sed reapse imperii totius nomine. Vnde verum est, per inuestituram dari & confirmari iura imperii, & non dari. Non dantur pro arbitrio;

dan-

dantur vero, seu confirmantur ex pacto, secundum legis præscriptum, interueniente Cæsaris augusto nomine, inter varia antiqui splendoris simulacra. Adeo difficile non est, emergere e difficultibus, extricare spinosissimas controuersias, dummodo explicitur voces, nec ad doctorum obscuras quæstiones respondeatur prius, usque dum plene planeque intelligamus, quid in quæstione sit, ne cum laruis colluctemur atque umbris, nosque tandem ignorantiae elenchi maculofo nomine polluamur. Nostrum autem non est, fingere mera oblata in Germania feuda. Pertinet hæc opinatio ad cogitata eorum, qui vigilantes intra se aliquid cernunt, quod alii non vident somniantes, &c, contrariis rerum documentis ante oculos versantibus, persuadere sibi nec possunt, nec volunt. Etenim imperii status a regula haud parum deflectens non uno momento enatus est, vel factus; sed paullatim & per spiramenta temporum in hoc corpus, in hos artus, variis atque infinitis caussis intercurrentibus, excreuit.

#### §. XL.

Hoc prætereundum non est, feuda vexilli Germaniæ quæcunque fuisse olim indiuidua. Id ius comprobat Allemannicum & Saxonicum; comprobant Franco-rum veterum leges, &c, quibus haec nifuntur, rationes sat graues. Nam cum sit ad oculum oftensum, vexillum præbere potestatis indicium, atque hæc autem in uno quoque beneficio collata sit vni, consequi puto, ut etiam talia feuda potestatis ordinarie diuisionis debeant esse experientia. Ut enim habeat unus & consequantur plures, repugnat sane. Tantum adfirmabo, etiam eos, qui hic aliquid Procerum electioni in prouinciis tribuunt, non plures, sed unum tantæ dignitati admovere: quamuis ceteroquin cum grano falsis illud populi ius in prouinciis exi-

existimem capiendum. Quamquam enim non facile Reges obtrudebant populo Ducem inuitio : tamen nec hi obstringebantur creare , aut confirmare , quem noblebant. Perinde fere res atque in Episcoporum electione erat : nominabantur hi a Canonicis ; sed Cæsarum erat , eorum electionem approbare , aut repudiare : vtut prouinciae ins non est adeo liquidum , atque canonicorum in ecclesiis per priuilegia obtentum. Posset enim ostendi forte , Henricum II. id excusationis gratia apud *Ditmarum* videri allegasse , cum Henricus Austrius ambiret Boioariæ Ducis maximum honorem. Saltem inobseruatum nolim , maxime hallucinari , qui ius eligendi populo adsignant , atque interea feuda Ducum hereditaria illa ætate fingunt. Nec credas , cum ad posteros cooperunt transmitti feuda , transisse promiscue , vti in aliis hereditatibus solet. Datum aliquid est primum genito : cui sors nascendi primas videretur tribuere. Non erat necesse , vt Dominus a pluribus , quam ab uno homagium reciperet , atque ex consequenti pluribus uno inuestituram permitteret. *Quod* in tantum congruit veritati , vt pro explorato habendum sit , ad unum solum dignitatem Ducis comitisque esse olim deuolutam. Proniores quippe Reges , hereditario iure semel introducto , erant ad plura beneficia coaceruanda , quam eadem diuidenda per partes ; officii ratione in primis exigente , vt penes unum esset eius administratio. Quæ obseruatio , vt plenius intelligatur , producam locum disertum Helmoldi Chronic. Slau. Lib. I. cap. XXII. §. VI. de binis Bernhardi II. Saxonie Ducis filiis sequentia adnotantis : *Mortuus est Bernhardus*, *Dux Saxonum*, qui res Slavorum & Saxonum quadraginta annis strenue administravit. *Cuius hereditatem Ordulphus (seu Otto) & Hermannus filii eius inter se partiti sunt.* Et quidem Ordulphus Ducatum suscepit gubernandum , licet fortitudine &

militie usū longe a felicitate diuerterent. Hic *Hermannus* vocatur ab *Adamo Bremensi Lib. IV. cap. III.* Comes *Lambecius* in *Originib. Hamburgens. Tom. I. p. 19.* non sine cauſſa existimat, eum fuisse Comitem Hammaburgensem & Nordalbingiæ, idque e diplomatice, vbi littera *H.* comparet, ac deinde *comes de Hammaburg* adiicitur, colligit. *Ordulpho* demum filius *Magnus* succedit, repugnante licet *Henrico IV.* Ad eum hereditario iure pertinuisse Ducatum *Lambertus Schaffnaburgensis* scribit: *Dux Saxonie* nec dum aliquis constitutus fuerat, quia, sicut supra memoratum est, *Dux Otto* (seu *Ordulphus*) paullo ante, humannis rebus excescerat & filius eius *Magnus*, cui *Ducatus* legitima successione debebatur, adhuc in castello *Hartesburg* deditus seruabatur. Ex quo coniectura capitur, non firmo prorsus stare talo, quod adfirmat *Schilterus Comment. ad. I. F. A. cap. LX.* nempe fratrem superstitem nepotes e fratre seniore a successionē exclusisse. Minimum in *Saxonia* heic obseruamus contrarium. Nunquam *Hermannus Ordulphi*, seu *Ottonis* filio controuersiam mouit: *Schaffnaburgensis* non illi, sed huic facultatem ac ius succedendi adsignat. Unde in suspicionem adducor, non id velle *Helmoldum*, ex æquo *Ordulphum* & *Hermannum* fratres bona omnia diuisisse: habuerunt, vti notissimum, alodii, seu prædia libera, vnde singulis sua & forte æqualis portio: in feudis autem *Hermanno* appanagium Comitis elogio credo permissum. Video enim atque e laudato *Lambecio* deprehendi, *Ordulphum* etiam in Nordalbingia, eoque Hamburgi primas semper partes obtinuisse, fratre *Hermanno* magnorum operum adiutore existente. Post hunc *Hermannum Godefriedus* quidam in Nordalbingia Comes memoratur, quo defuncto ad Schaumburgicos demum sub *Lothario* imperatore Septentrionalis ille tractus peruenit. Ac ne quis existimet, in *Saxonia*, solos

Ios Billingos ad ius primorum natalium respexisse, ecce in Marchia Brandenburgica Otto primum natus Alberto Vrso patri successit. In Boica primum Welphus Welphi filius, post Henricus Niger successit. Welphus erat maior natu, vti diserte tradit *Historia de Guelphis principibus*. In Palatina domo ea ætate aut nulla suboles erat, aut tantum filiae. In Austria Friderici Ahenobarbi diplomaticæ ætatis prærogatiua est firmata. In Belgio na scendi forti aliquid tributum plane scimus. Collectus Ioannes Nicolaus Hertius in dissertatione de *specialibus Rom. Germ. imper. Rebus publicis earumque variis non minibus & figuris p. 108.* aliquot exempla: in quibus antiquius sub Richardo Rege attentius circumspiciendum iudico: vbi solenni donatione *Henricus Brabantinus* primum genitus ius succedendi in fratrem suum Ioannem minorem natu, petito noui Regis consensu, traduxit. Est diploma nimis longum, quod alias integre descriptum oculis legentium subiicerem Iubenter. Sed inuenitur illud apud *Albertum Miraeum, Erycium Puteanum* in descriptione *prælia Woeringani, Butkenium*. De Burgundia moribus, vbi primum natis locus, adeo multa memoriae sunt prodita, vt merito adferre supersedeamus plura. Solum hoc explicatius trademus, qui factum, vt ab hoc vsu resilirent Germanie Proceres, & in partes fecarent prouincias, contra primævum Rei-publicæ institutum? In hoc enim recte illustris *Ludolphus* in libro luculento de *Iure primogeniture part. gen. s. IX.* rationes subducit, quando antiquis feudorum legibus primæ nativitatis prærogatiua iudicat congruere, diuisionem autem repugnare. Quæ hic perdoctus *Hertius* *dissert.* citat. sect. II. n. 6. nobis obuerit, declinabimus postea. Nec abnuam, a veritate proxime eos abesse, qui Friderici I. Constitutioni feudorum partitionem prohibentis in Germania aliquid auctoratis largiuntur: etiam Teutones

ad Roncalias s<sup>e</sup>pe conuocati. At in hoc non satissimac  
prorsus acris iudicij l<sup>e</sup>reconsultus, cum totius immuta-  
tionis cau<sup>s</sup>sam in ius Romanum confert, quod in for<sup>a</sup>  
Teutoniae irrepserit. Erat enim diuisionibus locus, an-  
tequam leges ciuiles dominatum arriperent. Mihi Hen-  
ricus VI. rei nouae fecisse copiam videtur. Comprobant  
enim *Innocentii III.* Pontificis Romani litterae, vt & *Ger-  
manus Tilberiensis* æqualis huic ætati scriptor, fecisse hunc  
Imperatorem omnia, vt familiae suæ adsereret ius succe-  
dendi hereditarium, ipsum autem pr<sup>o</sup>misiisse vicissim,  
habituros Germania<sup>æ</sup> Principes terras suas liberiori iure,  
transferendas ad posteros quo<sup>s</sup>cumque, filios filiasque. Vn-  
de post Fridericum Barbarosam diuisiones iterum co-  
ortæ apud Saxones, Anhaltinos, Bauaros denique ac  
Brandenburgicos. Quo ignorato mirtum non est, inex-  
tricabiles inueniri difficultates: in printis cum Friderici I.  
apud *Radevicum* constitutio diuisionibus prorsus aduer-  
setur. His dubiis liberare se<sup>e</sup> non poterat acutus cetero-  
quin *Hertius*. Putabat is diuisiones feudorum nunquam  
non fuisse in vsu. At gaudeo illustrèm *Leibnitium* in ean-  
dem mecum conie<sup>t</sup>uram venisse, quam tribus tantum  
verbis in *prefatione* ad primum rerum Brunsuicensium  
tomum indicauit: nos copiosius illustrabimus. Etsi enim  
Henricus VI. veneno insidiosque Constantiae vxoris pe-  
riit, eoque pactum illud hereditarium euauit; tamen  
Philippus Sueuus tum sibi, tum sociis principibus eius  
semper pactionis decreta in memoriam reuocauit; quod  
ex *Vrspengensi* apposite patet. Hic enim male habuisse  
Philippum adseuerat, Principes Germaniae *violatis iuran-  
dis* de electione noui Regis, ac minuenda Sueuorum po-  
tentia consilium iniisse. Quomodo vero iusfirandum  
dici posset neglectum, nisi ad pactum successionis hære-  
ditariae dicas respexisse. Verum *Germanus Tilberiensis* in  
*Otius*

Otiis Imperialibus cap. XIX. p. 943. adhuc clarus ad Ottōnem IV. Welphum: Sane succēsibus felicitatis tuae intuidit hostis antiquis & licet conuentione prident cum Teutonice Principibus facta ab Henrico de successione imperii, per sanctissimum Papam Innocentium cassata: tum quia Principibus ius eligendi ademptum per hanc fuit; tum quia permutatio beneficiorum damnoſa fieri posset. Facile vero est comprehensu, non potuisse Philippum, cum regni ſolium conſeruare ſibi Sueuifque fatageret, repugnare arreptae a Principibus licentiae. Cumulauit is beneficia beneficiis, &c, quod imprimentum memoriae, Brabantinis largiſſime permifit, vt illorum Principatus ad feminas defiſientibus masculis iret. Hoc Stockmannus in libro, quem de Iure devolutionis conscripsit, adnotauit, hoc ipsum diploma explicite corroborat. Philippo ē vita diſcedente qui, quæſo, Otto IV. auderet, commutare, quod erat coeptum? maxime, cum regnum nouum tot circumscriptum legibus acciperet? Fridericus II. autem Henrici VI. filius tantum abeft, vt ea in re aliquid conuerteret, vt potius conniitendo, & nouas largitiones faciendo posteritati ſuae viam ad perpetuam ſuccessionem pararet. In interregno ſicuti omnia in peius ibant, ac principum statuumque commodo in melius; ita fieri non potuit, quin paſſim apud Germaniæ principes increbiceret confuetudo, vt etiam beneficia diuidenter ſua, & pro filiorum numero, ſæpe in portiones ſcinderent, variis ſuccedendi modis excogitatis, de quibus noſtrum non eſt differere pluribus. Quibus bene perpenſis perspicuum efficitur, decipi D. Hertium, quando attentioribus oculis diploma Austriae apud Cuspinianum iudicat contemplandum, vbi Leopoldus distributione facta, ad morem Principum prouocet. Etsi enim verum eſt prouocaffe, quia ab Henrici VI. ætate inualuit diuidendi mos:

mos; tamen minus recte sumit vir æstumatisimus, in-  
ualuisse ab omni tempore; inque eo ius feudale Teuto-  
num Longobardorum moribus contraire. Vapulat sa-  
ne: nec id litteræ probant Leopoldi, nec locus alter *Adelz-  
reiteri*, quando de partitione terrarum ad Boio-Hol-  
landos pertinentium verba facit: quandoquidem ea æta-  
te consuetudo diuidendi iam fuit introducta, ac principi-  
bus ita solennis, vt existimarent, peregrinam ab illis ad-  
flectari consuetudinem, qui hæreditatem ex affe sibi co-  
narentur adserere. Vnde nihil noui occurrit, quando  
Boiicæ Principes pari portione hæreditatem Ioannis Bo-  
io-Hollandi volebant cernere. Recte illi id iuris apud  
Germanos adserebant receptum. Solum quæstio super-  
est, quando sit receptum? statimne cum feudorum in  
Germania ortu, an processu temporis, &c, vt nos credimus,  
ab Henrici VI. ætate? Consuerudinem sane nemo negat.  
Etiam Electoratus diuisi, tanta confusione inualescente,  
vt sæpe nesciretur, qui ius haberent eligendi, qui non?  
Quæ res Carolum IV. denique permouit vt in bulla au-  
rea vetaret hanc Electoratum in partes sectionem: ne  
posthac tot litibus aperirentur fenestræ, ac disputatio  
cum totius regni insigni detimento surgeret, quis pro  
genuino Imperatore fit habendus? In ceteris mansit mos,  
donec nonnulli Principes ipsi agnoscerent, quam sint di-  
uisiones immodecæ rationibus suis contrariae, atque aug-  
gendæ potentiae inimicæ. Cæsares vero propterea diui-  
siones terrarum non satagebant impedire, quia hac  
ratione auctoritatem suam stabilitum ibant, pomo Eri-  
dos inter Proceres sparso, ac plerisque ad exiguum redu-  
ctis. His præstructis sine negotio nunc soluitur quæ-  
stio, quæ alias magna ingenia exercuit, & in sectas scidit,  
præsumaturne primogenituræ ius, an indigeat probatio-  
ne? *Cothmannus, Ludwellus, Ludoiphus* ali præsumi sta-  
tu-

tuunt: *Hertius* contra. Nos tempora censemus distingua. Olim enim nascendi ordo consideratus, nunc mos veterum institutis contrarius. Si quid video, est hic similis atque in notissima iuris ciuiis quæstione disceptatio, præsumatur ne permutatio, an emptio venditio, vbi partim res, partim pecunia datur pro re atque merce? Nonnulli permutationem adesse suspicantur, quia haec antiquior sit emptio, antiquior numo, qui necessario in emptione ac venditione desideratur. At vero, quemadmodum hic non quæritur, quid sit antiquius, sed quid nunc præsumatur; ita cum de ætatis prærogatiua sermo est, non disputatur, quid obtainuerit olim, sed quid nunc, vbi aliud in mores irrupit, sit credendum? Igitur in dubio cum *Hertio* facerem, sed longe alia cauſa & ratione subnixus. Putat enim is, diuisionem feudorum legibus beneficiorum ab omni æuo congruere: nos cum *Ludolpho* contrarium sustinemus, sed in hoc iterum, pace excellentissimi Viri, dissentimus, quando non iuris Romanorum receptioni soli euenientem mutationem adscribimus. Dico soli, ne quis existimet, sperni a nobis penitus adlatram cauſam, vt ut nostræ difformem. Fecisse enim ius Romanum largior, vt magis ac magis diuidendi consuetudo eo firmaretur obtentu, quasi iniquum sit, primum genitum præcipere terras omnes, atque ab hereditate excludere natu minores: immo conuenire potius rationi rectæ, vt in plures spargantur opes, & majorum titulis præfulgeant omnes: imprimis cum variis beneficiis, prædiis, terris res suas locupletassent parentes, ac matrum accessissent vota filiis natu sequioribus prouincias, principatus, imperia destinantium.

## §. XLI.

Vtut autem primum genitis olim ius succedendi in fevdis vexilli tributum; non est tamen id, nisi rarissime

ex-

extensum ad feminas. Beneficia enim imperandi & militiae caussa donabantur: officia autem virilia sunt: bellum mares gerunt. Ergo *masculinitas*, vt ita loquar ab antiquo præualuit semper. Non est necesse, vt probemus late. Fecit id *Ioannes Jacobus Chiffletius in Lotharingia masculina*, quem exscribunt fere omnes: quamuis reticeant nomen, & alienis plumis, quam suis superbire malint. Et fuit autem hoc olim adsertum verum, non tantum in feudis Germaniae magnæ, verum etiam Transrhenanæ. *Quotiescumque igitur feendum aliquod imperiale a feminæ legitur possessum, illico intelligendum, est id factum ex speciali Cæsaris gratia & præter ius commune imperii*, sunt laudatissimi Chiffletii verba. At cum vero eiusmodi gratia, vel vsus comparet, perperam quoque disputatur & argumentis e pera scholastica depromatis adfirmatur, feminas ad obediendum esse damnatas: peccare easdem contra præceptum quartum, si imperium sumant, impingere non minus in decori regulas, si in regno, atque in eccllesia loquantur: similitudinem maris & feminæ in humanitate confistere, non in principatu. Nihil mirum esse, si male gubernet; siquidem non sit condita ad orbis dominium. Heliogabalum senatum seminarum instituere voluisse; sed illud non durasse institutum; Heliogabalum autem stolidi nomen tulisse in urbe, ferre apud posteros. Neronem noluisse, vt Agrippina mater secum audiret legatos: distulisse auditionem in alium diem, atque obuiam iuuisse propterea matri: hincque exclamare *Tacitum Annal. Lib. XIII. cap. V. Ita specie pietatis obuiam itum dedecori!* Talia, quando lego, fastidio obruor; incipit naufragare stomachus, irascor, & rursus tamen rideo. Adeo sunt misera doctorum quorundam ratiocinia: adeo fumis oppletum synciput, vt iurares non homines, non doctores, sed picas, graculos, coros

uos. Non est differendum, sitne masculus interdum prudentior? Habemus mares stultos, habemus feminas stolidas: at plures tamen in veterum annalibus Reges ac principes deprehenduntur inepti, atque reginæ, principes, comites dominæque feminæ. In Gallia statim post Hugonem Caperum beneficia ad feminas transmissa, regni licet malo; cum ad externos ea ratione sint devolutæ prouinciae sat magnæ, ad Reges potentes, obsequium excutientes, bella cientes. Vnde demum prohibitiō, ne qua femina sine consensu Regis nuberet peregrino: quam Ludouico IX. tribuunt scriptores Gallici. Successionem autem nemo denegauit sequioris sexus hominibus. Inualuit mos in Burgundia, in Aquitania, Britannia, Neustria, seu Normannia, quid? quod Italia. Inuenimus in hac Beatricem, Mathildem lege salica viuentes: ut successiones in Neapolitano Siciliæque regno silentio inuoluam. Etiam Beatrix apud Lambertum Schaffnaburgensem matrimonia iure gentium libera pronuntiavit, cum fulminaret Henricus III. consanguineus initumque cum Godefrido Lotharingiæ Duce matrimonium farageret impedire. Itum deinde in similes mores in Belgica, Hollandia, Seelandia, Frisia, Brabantia, Gelria, Limburgensi, Lucenburgensi, aliique terris. Ipse Fridericus Barbarossa Austris priuilegium dedit: Henricus VI. in vniuersum stabilire feminarum, deficienibus masculis, successionem cogitauit. Philippus etiam Sueuus Brabantinis aliquid libertatis, de qua supra, indulxit. Bataui ad consuetudinem prouocarunt, cum Ada ad Hannonios Comitatum transferret. Hoc cum se ignorare simularet Albertus I. Austriacus, & in Belgiam descendenter, vocibus adulantium persuasus, armis coactus est recedere, narrante rem omnem Alberto Argentinensi. Wilhelmo IV. vero mortuo Margaretha

O

Co-

Comitis soror maior natu ad Bauaros hæreditarias terras traduxit: de quo *Henricus Rebdorfensis Monachus ad a. 1347.* In cuius locum successit prædicti soror tanquam proximior & senior inter sorores, videlicet *Reginam Angliae & Comitissam vel Marchionissam Iuliacensem, iuniores, quam ea, nullum vero fratrem, propter quod ex consuetudine patriæ terram Hollandie & terras alias sicut frater obtinuit.* Obserua Lector, hic natalium prærogatiuae mentionem fieri, similiter atque apud *Ottone Frisingensem ac Guntherum de successione in Burgundia;* item in Comitatu Prouinciae apud *Matthæum Parisiensem,* qui locus est sane memorabilis: *Circa illa tempora, inquit ad a. ccxxv. Comes Prouincie Reymundus ille illustris & celeberimus: qui rota fortunali mirabiliter circumvolutus, stuporem uniuerso mundo de progenie sua formosa, & excellenti sexus fæminini inauditum omnibus sæculis dereliquit; naturæ debita concessit ac persoluit.* Qui in extremis verbis iuniori filie sua comitatum suum prouincie pro testamento dereliquit. Quod cum Rex Francorum cognovit, misit quingentos milites electos, armis & omnibus necessariis communitos ad accipiendo seismam prædicti Comitatus Prouinciae, ratione primogenitæ filie Comitis Prouincie iam iam defuncti, quam sibi matrimonio copulauerat, ut prædictum est: casum reputans, & inane, & quasi iniuriosum illud dictum prædicti comitis Reymundi testamentum. Id largior, contradixisse sæpe Cæsares feminarum successioni pro re nata, pro odio in hos, pro amore in illos. Notum est, quid moliti sint Fridericus III & Maximilianus I. Egmundanus in Gelriam jus dubium facentibus: vt Adolphus Nassovius Rex a. clo cxcv. Rainaldo Comiti Gelrie concessit, casu quo sine prole mascula ab hac luce migraret, ut filiarum ejus major natu succederet in Comitatu, & in aliis feudis ab imperio dependentibus. Eiusdem rei antehac Sigismundum

dum periculum fecisse e litteris ab Isaaco Pontano in Hist. Gelr. p. 425. adlati discitur. Hic enim obliqua saepe ausus est vertere in plana, antiquumque imperii statum inani consilio præ oculis aliquando habuit: verum cum & Philippo Bono Burgundiæ Duci controversiam moveret, ne Hollandiæ feudum ob ius matris Margarethæ ad se traheret; audiuīt ab eo facialis, quæ non sperabat, fūse rem memorante Pio II. in Commentariis: *Inde, inquit, more gentis, Eraldum, quem facialem possimus appellare, ad Philippum misit, qui Brabantiam, Hollandiam, Zelandiamque ab eo repeteret, neganti bellum indeceret. In litteris, quas scripsit, Imperatorum se Romanorum Germanorum, Hunnorum, Bohemorem, & aliarum multarum gentium Regem ac Dominum appellauit, & magnifica fada maiorum inseruit. Philippus in aula splendide ornata, aurea innixus sella, multis proceribus circumfusus auditio nuntio ita respondit: Redi ad Cesarem, atque haec renuntiato, bellum mihi esse cum Franco rege, cuius Grancense oppidum obfideo, hostis meus sibi amicus est: ferat opem obfessis, non longum est iter, ibi pugnandi copiam facio. Si hoc recusat, dicio: instare mihi duellum cum Carolo: ad sexagesimam diem singulare certamen, nisi fallit me hostis, inibimus: illo peracto, diem statuat Sigismundus, signa quounque in loco voluerit pugnaturus conferam: bellum offert, bellum accipio. Non sum ego Imperator, neque mundi dominus: verum magni Caroli sanguis, quem verba terrere non possunt. Atque his dictis auream vestem exuens Heraldo dedit. Deinde cum neque Francus subueniret obfessis, aut singularem ingredi pugnam auderet, neque Sigismundus præter querelas, & ampulloſa verba quidquam attentaret, Grancenses in ditionem accepit, trans fugas coniecit in vincula, milites alios nudo pede ignominie causa ad Carolum & Sigismundum reuerti iussit, atque in signum*

rectisati duelli trophyum erexit. Quod si dicas, non vide-  
ri decens, nec dignum imperii maiestate, nec conueniens  
antiquis regnandi rationibus, vt feminæ obtineant  
principatus, prouincias, pagos, integrosque tractus, vt fe-  
deant in tribunali, vt ius dicant, facile repono: defini-  
endum esse primo, quid sit decens, ac dein, vtrum illa  
decencia, ordo, venustas sit plane immutabilis? Quis  
enim inueniuit ea propter appellabit Galliam, quod  
ab imperiis & feudis non arceat feminas? Quis Burgun-  
diac Belgicam, vbi pulchriori sexui obueniunt terræ?  
Primum falso eorum, qui contraeunt, in eo latet, quod,  
nescio quem, succedendi in feudis modum sibi fingant ra-  
tioni recte conuenientem, a quo nec fas sit recedere:  
cum tamen mos trium ille litterarum tyrannus atque  
arbitrium contrahentium, aut iubentium omne hic pun-  
ctum ferant. *Mos est in Burgundia*, inquit *Frisingensis*.  
Cui non refragatur, primum morem feudorum fuisse  
militarem, ac muneribus regni publicis destinatum. Esto.  
Nunc cum non amplius compareant vasalli ipsimet, &  
præsentes stringant gladium, sed domi sæpe sedeant im-  
moti, ac diuitias suas deglutiant ingloriosi, parum sane  
refert, virine teneant regantque prouincias, an feminæ?  
Sophia atque Amalia Hassis, Ioanna Brabantinis tam  
praesuerunt feliciter, quam viri principes longe clarissi-  
mi suis. Sec fac tantisper, eas nonnunquam illo vigore  
animi destitui. Destituntur etiam mares haud raro.  
Ad sunt consiliarii, peragunt hi, quod fui est officii: quid-  
quid fit, earum auspiciis fit. Prima autem destinatio ni-  
hil ad rem facit. Erant olim feuda ambulatoria, idque  
primo beneficiorum fini conueniens, cum spectaretur  
virtus, atque industria personæ, quæ ad heredes, vti se-  
xus, vix transit. Et quis tamen contra hanc successionem  
feudalem tam intonuit alte? quis ad pristinum statum re-  
digend-

digenda censet vniuersa? Quis nunc amplius ius dicit? Et finge, dicendum esse per se & conuocandos status. Potest id quoque præstare femina vasalla. Inuenitur in casibus Monasterii S. Galli Cap. X. apud Goldastum Hadwida Burchardi II. Sueviæ Ducis vxor vidua imperii vicaria consilia agitasse cum primoribus Allemannie. Inuenio etiam, in bistoria Delphinatus Valbonnaſu, Beatricem Guidonis Andreae relictam a cloccccc xxxvii. sedentem in tribunali. Insulsum est, feminam non excludi a regno, & excludendam tamen necessario a feudo, quæ mariti opera, quæ consiliariorum atque aliorum studio effectui dare potest singula, ad quæ creditur obligata. Nec est, quod angaris animi ac crucieris immodice, quomodo terra marique præpotens mulier possit inuestiri? Inuestire significat in possessionem mittere, aut in possessione confirmare. An igitur femina potest esse in possessione? an potest in eam introduci, in illa stabiliri? Quod si de symbolo quæras, elige quod placet, elige quoque vexillum. Non est visum adeo absolum Britannis, ut Marlborugensis Ducis, magni animi herois, filie in memoriam victoriae Hochstädtensis offerrent Regi II. Idus Sextileis vexillum album tribus liliis aureis ornatum. Elige etiam gladium, sceptrum: osculenter istud feminæ, basient; basient inspectante populo, proceribus regni præsentibus, si necessitas comparendi non sit remissa. Ipsæ Abbatisse in publicis imperii conuentibus suffragium olim ferebant, ac ferunt etiamnunc: bacillum, aut sceptrum Regis manu accipiebant. At nunc, quid disputamus incassum? aut verba in mane effundimus? Nemo non per procuratorem in possessionem beneficiorum suorum mittitur, aut in ea firmatur. Sæpe seruitia remittuntur, aut aliorum interuentu exhibentur. Sed prospicio, quid intra præcordia cogites. Præsumitur, tamen, inquis, feuda non ire ad feminas, cum ini-

initio sint destinata viris. At ego vero apage, respondeo, hanc præsumptionem nimis generalem. Non est verum, præsumi id semper. Potius videndum est, de qua provincia, de quo regno sermo sit. In Burgundia, in Belgio feudorum præsumuntur feminine sexus homines capaces. Cur? quia mos notissimus est. Etiam in Gallia præsumtio tua pro solis masculis exsibilabitur. In Alemannia autem & Saxonia verum dices. Feuda ibi ut plurimum ad masculos transferuntur. Pauca in contrarium exempla occurunt, &c., si occurrant, intelligitur ab omnibus, qui euenerit, qui factum. Qui, quod nescitur, vrget, probet, qui factum in judicium deducit, ostendat. Ut autem in Belgio, in Burgundia ad veterum monumenta confugias, aut nostros mores in exemplum proponas, tam est inficetum, quam si quis Iustiniani tempore ad Aborigines prouocasset, ad Olscos, Volscos, ad antiquas fabulas; aut ut clarius cognoscas, perinde mihi agere videris, ac si de moribus Halensium hodiernis differas, ad Hermunduros, Thuringos, veteres Saxones, Francos, Venedos adscendas atque ex antiquissima pharetra præsumtiones excutias, atque a me probatrices exigas luculentas, nos non amplius viuere gentium illarum moribus. Est profecto exploratum omnibus, mutari tempora, ac nos in illis quoque aliam faciem induere, mores alios, aliam vitam infinitis causis interuenientibus. Plura non adfero: nec adiicio aliorum auctorum testimonia. Possem nominare veritatis confortes nonnullos: sed res est clara. Sapienti sat.

## §. XLII.

Age potius, ad similem fere controuersiam pedem moueamus, doctorum nugis haud parum obscuratam. Sæpe enim queritur, utrum præsumatur territorium allodiale, an feudale? Nos proposito conuenientius

tius nostro ita statum quæstionis formabimus, an terra,  
cui adhæret munus regni, iudiciorum potestas, cui anne-  
tuntur maiestatis iūra in imperio Germanico, feudum  
vexilli potius, quam allodium videatur? Et hic autem,  
si doctores consulamus, in sylvam prospicimus variis ob-  
septam sentibus. Vnus adfirmat, alter negat, tertius me-  
diā sententiam amplectitur, globo rationum, sæpe in-  
eptissimarū, suffulti ac confusi. Igitur nullo eorum no-  
minato, nec cujusquam argumentis expensis rem ipsam  
considerabimus; visuri deinceps, quid in transuersum  
egerit homines haud raro studiosissimos. Et primum  
michi postulo permittri, iura imperii non posse aliunde  
permanare, atque ab imperio. Imperium in Germania  
habuit Rex. Nam et si quidam ad Taciti ævum adscen-  
dunt, & Arminios, Sigimeros, Malouendos, ut quorum  
terræ ab omni nexus liberæ fuerint, loquuntur; in hac  
tamen scena eos non existimo audiendos. Nos de re-  
gno Francorum, seu Germaniæ loquimur, vbi tot natio-  
nes ac pagi ad vnam rem publicam traducti Rege sub uno  
cooperunt viuere. Præcipue autem ad Caroli M. æratem  
iudicamus respiciendum, qui in omnibus Germaniæ pro-  
uinciis Marchiones ac Comites constituit, vt ius dicerent  
in mallis publicis, & prouincias defenderent ab hostium  
externorum iniuriis. Id *Eginhardus*, id scriptores æqua-  
les omnes memoriarū produnt, & in primis Monachus San-  
gallensis *cap. XIV.* cumus verba semper mihi notatu visa  
sunt digna: *Proudentissimus*, inquit, *Carolus nulli Comitum*,  
*nisi qui in confinio vel termino barbarorum constituti*  
*erant, plus quam unum aliquando Comitatum concessit.*  
*Nulli Episcoporum abbatiam vel Ecclesias, ad ius regni per-*  
*tinentes, nisi ex certissimis causis unquam permisit; cum-*  
*que a consiliariis suis, sive a familiaribus interrogaretur, cur*  
*ita ficeret respondit: cum illo fisco vel curte illa in abba-*  
*tio*

tiola vel ecclesia tam bonum vel meliorem vasallum, quam ille comes est, vel Episcopus, fidelem mihi acquiro, vel facio. Etsi autem probe scio, non durasse Caroli posteros, sed extinctis iis resolutam ciuitatis compagem in varias partes dilapsam; tamen nostrum duravit imperium, stetit regnum, stetit sub Arnulpho filio Carolomanni naturali, stetit sub Conrado & Henrico Aucupe. Et finge contra veterum annales, contra antiquissima testimonia aerationes denique euidentissimas, sub Conrado & Henrico iniquissimam item a parte Regum excitatam; finge, in libertatem adsertos populos omnes, ut elegerunt Regem, nec vila ratione ipsius potestatem circumscriperunt, quid nunc fiet de Ottonibus? Fac & finge amplius, eos in tyrannidem prolapsos, de illorum impotenti imperio cœlum terramque querimoniiis reple, adde exclamationum insignem cumulum, interrogationum magnam molem adiice, per seriem Imperatorum omnium lugubres sonos repete, forte id tibi prôderit nequicquam. Ita est, ita fuit; lex licet dura, ita tamen scripta. Hanc subiere omnes, volentes, inuiti, videntes, scientes, viui. Quidquid potestatis acceperunt, quidquid eminentioris iuris ratione terrarum, in eos collatum est, collatum est a Rege, vtpote nobilitatis ac potestatis summae principio ac capite. Et hic vero conferre vix potuit commode, nisi maneret nexus, aut plures surgere is vellent ciuitates, plures Respublicas, imperia plura nulló sibi vinculo obstricta. Est hæc illustris Coceii ratio admodum stringens adlata in *Iurisprudentia publica*, repetita in peculiari *dissertatione de præsumptione qualitatis feudalium*. Id nemo in dubium vocat, inueniri in Germania allodia permulta. Sunt, qui catalogos edidere sat grandes; possunt illi variis augeri exemplis, possunt quoque emendari, sed nos impræsentiarum adiicimus nil quidquam.

Res

Res nota est in vulgus: ac, qui diffiteatur, est forte nullus, aut si sit, credo, illum eo prolapsurum audaciæ, ut noctuas fuisse Athenis sit negaturus, atque in Tiberi pīces. Hoc disceptatur, an territorium cum superioritate præsumatur allodiale, an officium allodiale? At hic rogo te, ne mihi oggannias promiscue, rem naturaliter præsumi liberam, homines & ciues ordinarie non possidere feuda, sed allodia. Loquimur iam de muneribus ac territoriis regni, de iuribus imperii summi, non de stillicidiis, vel pecoris ad aquam appulsi. Ea vero ad regnum ordinarie pertinent, ad Regem, qui regno præest, & totum populum ciuitatemque legibus congruentem gubernat. Ergo hoc casu regula tua locum fortietur nullum: vtut *Reinkingius* & doctorum vecors turba eam ingeminant, & priuata publicis, hæc istis indignissima confusione miscent. Caussam erroris doctissimus *Cocceius* detexit in *dissertatione* a nobis laudata cap. X. tit. III. n. 15 seqq. Id permittam, allodia regni maiora possidentes dignationem Principum habuisse, ac Comitibus gressos æquales. Est nomen principis nomen ordinis. De munere sermo est, quod comitantur potestatis tituli, ac partes. Hæ partes vnde? A Rege? audio. εμπέσως? largior interdum. εμέτως? consentio. Sine vinculo? intercedo. Liberrime? obloquor. Quis enim non obloquatur, munera non munera, officia non officia, comitatus non comitatus adseuerantibus? sed dantur tamen, inquis, Comitatus allodiales, quos possessores nemini ferunt acceptos, sed tenent liberrime, sed fruuntur sine onere soluti. Bene, aio, si teneant ita. At semper recurret quæstio, an ita habeant potestatem & iura? Mindelheimense castrum, & quod ad illud pertinet, terræ spatium, quod latine appellamus tractum, in patrimonio fuit, regalia a Rege; & ita in bonis ceteris, quæ co-

piose ad hanc classem referuntur : nec est forte Princium , aut Comitum quisquam , qui talia a maioribus non fit nactus prædia , castra , terras aut comparauerit ipse . De districtu , vt loquebantur medii ævi scriptores , dubium semper remanet maximum . Ipse Fridericus Barbarossa hunc sollicite ab allodiis apud *Radeuicum lib. II. cap. VII.* separat : *Qui allodium suum vendiderit , districtum & iurisdictionem Imperatoris vendere non præsumat , & si fecerit , non valeat .* Non est necesse , vt exponatur , quid sonet *districtus* , cum vox iurisdictionis satis arguat : quæ si non adesset , locum e diplomatice Ottonis II. producere , vbi circuitione eleganti id nominis describitur . Ex eo igitur factum , vt publicis litteris dicatur aliquando de allodio fieri hominum ; videlicet ratione *districtus* , seu summi , quod exercetur , iuris . Scio hæc nonnullis aliter intelligi , sed sat etiam cognosco , eos a veritate mille , & quod excedit , passibus abesse . Quod dissentientes maxime torquet , illud est , nullam in aliquibus terris cerni inuestituram , nullam ex consequenti feudi recognitionem , nullam terræ , vtpote quæ est allodialis , nullam iurium , quia nulli actus obseruantur inuestiturarum solennes . Et fateor , adferri comitatum exempla , vbi nulla inuestitura necessaria , ac iura imperii adsunt vniuersa , quæ alias habent vasalli superioritate pollentes . Sed non erit non fatendum vicissim , raro eius generis occurrere terras , adeoque præsumptioni in ceteris fenestram aperiri nullam : deinde dubium manere , an , quæ dicuntur ab auctoribus , sint veritati conformia , & an , si deficiat inuestitura , statim oriatur allodium mere tale ? Saltem *Iterus de Saynensibus terris plus nihil potuit adfirmare* , quam se a viro fide digno accepisse , eos iuribus imperii suo vti arbitratu , nec ab Imperatore & ab imperio recognoscere . Ego vero ex actis deprehendi , Saynensem comitatum , qua comitatum , esse vtiique feudum : vtut accesserunt terræ

terræ allodiales nobiles permultæ. Inde vero nequam consequitur, vt iura maiestatis, quæ exercent in illis, nulli subiaceant nexui. Scimus, per auersionem sœpe regalia in prædiis ac terris omnibus permitti: et si sigillatim non nominantur. Ita quæcunque habent Wurtenbergici, Holsatiæ Duces, Orientalis Frisiæ Principes, Palatini, in vnum nouimus compacta corpus: quamvis nemo inficias eat ceteroquin, multa tali corpori inesse allodia, hoc est, terras salicas Baronibus, equitibus olim proprias: quod nuper Aurelianensis Princeps multis verbis magnoque conatu ad liquidum perduxit, Palatinis ipsis quadantenus non refragantibus. Ex quo merito infertur, territoria feudalia vel ad se trahere sœpe allodia, vel hæc a regalibus manere quandoque distincta, vel, quod nuper placuit Viro illustri, regalibus, nisi perspicue appareat contrarium, inumbrari allodia, aut saltrem cum istis arctissime coniungi. Quod autem inuestitura non-nunquam deficiat, quæ character videtur qualitatis feudalnis, nil probat aliud, quam necessitatem accipiendi inuestitram solenniter eile & dici sublatam. At tum disputabitur, an talis libertas contra imperium possit præscribi, vel, si præscribatur, an desinat res esse feudalis. Postremum, ne quem in admirationem rapiat, aut nimis appareat παράδοξον, declarabo statim atque distinctius proponam. Neque vero quemquam censeo dubitatum, præscriptionem tacitam duntaxat iuris translationem arguere. Quamobrem hoc casu is, qui antehac solenniter est inuestitus, & longissimo tempore amplius inuestitram non renouauit, fortassis tacite iudicabitur inuestitus, hoc est, talem censemur libertatem præscripsisse, vt non sit necesse repetere ac renouare singulis actibus, quæ olim desiderabatur, inuestitram. Concedam etiam, liberari talem vasallum a seruitiis feudalibus

aliisque operis præstandis, liberari item fidelitate speciali: ut vero plane liber fiat, nec amplius dependeat a Rege & imperio, repugnat: cum maneat imperii membrum, nec peculiarem constituat Rempublicam. Ostdam id Brabantiae Ducatus exemplo. Hic sine dubio fuit feudum imperii: loquuntur hoc litteræ, testantur actus inuestituræ, ac neino est, qui obloquatur. Iam quare, an, si patiatur Germania, Brabantia sit allodium? Diu est, cum inuestitura expressa cessat. Qui negat allodium qualitatem nobiscum consentit: qui affirmat, vrgeatur vterius, an illa dependeat ab imperatore & imperio? Si fateatur, habemus iterum, quod animo intendimus. Si contradicat, habebimus peculiarem Rempublicam, de qua nunc frustra disceptatur, sitne imperii feudum, an allodium? Itaque, qui cum omni suprematu præscribi posse ducatum, aut comitatum tuentur, bene caueant oportet, ne distinguenda misceant. Evidem non detrectabo, posse quem ab imperii corpore separari, atque in libertatem sese adserere: negabo autem constantissime, membrum imperii reddi non dependens: et si expresse non amplius in possessione illius potestatis solenni ritu confirmetur. Vnde cum grano salis legendi sunt, qui præscribi posse potentatum defendunt. Fac enim tantisper, valere præscriptionem; tamen, vt dixi, nihil censeri potest præscriptum, quam libertas ab obligatione accipiendi inuestituram solemniter: siquidem tota terra non creditur mutata in rmpublicam nemini villa ratione subiectam. Non recordor cuiquam hanc coniecturam in mente venisse, sed est tamen illa rationi & iuriis feudalis Germanici principiis quadantenus conformis; eo que non negligenda profrus, nisi quidem repugnantia loqui malimus, quam ad hanc descendere distinctionem inuestituram inter expressam & tacitam. Generalia autem ita

con-

cōnecterem: Inuestitura est vel expressa, vel tacita. Expressa vel realis, vel verbalis, vel symbolica. Tacita, quæ ex patientia colligitur, & vbi nec realis inductio, nec verba, nec symbola interueniunt. Quod si dicas, potius hic nullam offendit inuestituram, non clarissimam, seu expressam, quod fatemur, non etiam tacitam, quia factum deficit, ex quo coniicendo colligatur; tum regererem, non factum hic æquiparari facto, vti in aliis exemplis. Patitur Rex, vt teneat possessor principatum, aut comitatum. & iura imperii comparate summa: & hic vero se imperii membrum profitetur, nec rationes sibi suas habere leorū satagit. Romano more loquentes curramus scilicet, vt qui symbolicam traditionem referunt ad fictam. Sat est, clarissime apparere, quid fiat eueniatusque. Ceterum monendus mihi est Lector, ne statim eiusmodi libertatem credat præscriptam, vbi inuestituræ petitionem omittunt ducatuū ac comitatum possessores. Notum est, quid senserint status imperii, quando Maximilianum I. Philippum Mariæ Burgundicæ filium, Carolum V. Philippum II. sæpe sèpius compellarunt, vt officii sui memores terrarum Belgicarum intuitu sese vasallos imperii profiterentur. At qui vero libertatem ab hac obligatione omnimodam adepti sunt, aut sese adeptos crediderunt, ii, fateor, aliquando titulo *feudorum sòlis* nouo sunt delectati. Nam cum amplius ab Imperatore se non inuestiri scirent, & tamen territoria sua sita in imperii finibus ac modo succedendi in feudis recepto transferri cognoscerent, nouum excogitarunt commentum, nec ab homine, aut Rege, sed sole se tenere adfirmarunt. Vnde recte, meo iudicio, solis feuda non mera esse allodia monuit illustris *Cocceius*: quamuis ad ea proxime accedant; vnde facilis ad confusionem descensus, facilis ad errorem prolapsio. Qua cum ita sint, merito repetimus,

mus, rarissime tale quid contingere. Quæ autem rarissime fiunt, nonnisi ab ineptissimis præsumuntur semper, aut saltem vplurimum. Vnum, quod ambigua reddere dicta possit, illud est: iuinto non obtrudi beneficium, & hoc nos facere, quando de inuestitura tacita tot verbis loquimur, quam libertatem adfectantes respuunt, nec Cæsar's beneficium aut expressum aut tacitum agnoscant. Sed nos vero cautius loqui, quam hos arbitramur. Nam si nihil cum imperio Germaniæ commercii volunt habere, desistemus quoque querere, num illorum terræ allodia sint, aut feuda, ac disputabimus duntaxat, quo iure ab alienari ab imperii Germanici corpore potuerint. At cum posterius non abnuant, sed iungi Germanis cupiant, vinculum, quæso, indicent aliud, & vietas nos datus manus pollicemur. Quod quamdiu non præstant, ænigmata pronuntiabunt, quæ nec nos intelligimus, nec ipsi met forte intelligent vñquam,

### §. XLIII.

Enim vero in hoc argumentantur rectius, feuda vexilli continere dignitatem regalem. At num, præter vexilleros, nemo illadignitate fulgeat, disceptari video. Existimat *D. Hertius* *dissertat. de superioritate territoriali* §. 85. eum loquendi modum e Longobardia in Germaniam penetrasse, nec nostris conuenire rebus, doctoresque non nisi peregrina iactantes hanc formulam in loculos rerulifse suos. Eadem post *Hertium* repetit *Iterus* de *F. I. p. 98. seq.* multisque verbis eandem impugnat doctrinam. Et non autem nego, habere illorum argumenta aliquid speciosi; cum præter Duces, Marchiones Comites in Italia nemo fuerit a Rege inuestitus, adeoque auctoritate & potestate regia cumulatus. Sed conciliari facile dissentientibus poterit *Hertius*, & in concordiam redigi cum ceteris *Iterus*. Est enim indubitatum

tum prorsus , nec olim in Germania, præter Principes ac Comites, bannoque pollentes regali in possessionem iuris sane eminentis a Rège fuisse traductos. Quod nunc ciuitatibus imperialibus non amplius per comites, scul-  
tetos, burgrauios ius dicatur, quod etiam nobiles im-  
perii tali potestate ornentur, aliunde est, & primis im-  
perii rationibus difforme. Vnde vasallis solum maiori-  
bus potestate & regio imperio præditis regalem putem di-  
gnitatem antiquitus tributam. Ac nescio, annon eo perti-  
neat, quod in I. F. Saxonico legitur art. XXI. Es erhöhet  
nichts deß Mannes Schild / noch seinen Adel / dann all-  
ein Fahnen Lehn / ob ihn das gelichen wird. Nam etsi  
aliqui mordicus defendunt, non adhærere dignitatem  
largitioni ducatus, marchionatus, comitatus ; sed nobi-  
litatis altioris ~~dærypa~~ peculiari Regis indulgentiæ merito  
adtribui ; non inuenietur tamen in veterum forte anna-  
libus exemplum, vbi muneri regali sit detractus eius ge-  
neris titulus. Immo obseruatur potius, eos, qui semel  
tali officio ac terris eidem cohærentibus sunt dirati, fer-  
uasse elogium ; quamlibet amiserint feuda. Saltem id  
exemplis Limburgenis ac Zæringensis Ducum proba-  
tur, quæ alio loco adduximus. Nec dixeris, inde ma-  
gis elucere, eos ratione personæ suæ ad id fastigii  
euectos. Est enim hoc vtique verum ; quia, dum acce-  
perunt feudum vexilli, etiam maiores dignitatis gra-  
dum sunt adepti : litteras autem in hanc rem peculiares  
veteri forte æuo vix inuenies. Quod in transuersum egit  
quosdam, hoc est. Legerunt non statim fieri nobilem,  
qui acquirit feudum nobile ; ergo non statim dignitate  
pollere, concluserunt, regali, qui habet Ducatum : quasi  
cerdones emere vel acquirere possint ducatum, vel co-  
mitatum, vt acquirunt saepè saepius prædium equestre. Feu-  
dum vexilli duo complectitur terram, & officium. Hoc  
re-

regalem dignitatem omnino continet : quo dato non tam dabatur nobilitas, quam augebatur. Quis enim in plebeium hominem conferat eius amplitudinis munus ? Quare fixum manet, eminentem eo indicari dignitatem, hancque ex collatione & facto Regis tradentis tam clare elucere, quam e verbis atque litteris. Nunc vero ubi turbata omnia, ubi ciuitates sublime ius territorii adeptae, ubi aliquibus equitibus nihil fere ad summum imperium deest, in suspicionem & dubium adducti sunt auctores, conueniatne his quoque tantae dignitatis apex, tantae auctoritatis prærogativa. Et creditit *Hertius*, adserit *Itterus*. Nos non dissentimus; dummodo olim obtinuisse teneant diuersum, nec solis Longobardis eius generis stilum adsignent ac morem, quasi hi tantum summis regni officialibus regalem dignitatem tribuissent. Etiam apud Germnnos haec ratio loquendi inualuit, Quod autem a nonnullis adfertur, non affectaturas tam ciuitates titulum, aut dignitatem regalem, nihil est. Perinde enim eadem dici de comitibus ac baronibus possent. Regalis dignitas hic significat potestatem a Rege permisam, potestatem eminentem, potestatem cum iurisdictione summam, quæ sane regii imperii indubitate character. Eam autem soli milites habuere maiores, viri in ciuitate clarissimi, magnates. Nunc yti ciuici ordinis homines cingulo militari sunt donati, ac milites audiunt; ita vix repugnat, cum aliis, quam summis imperii administris, id etiam communicari nominis; saluis ceteroquin cuiuscunque iuribus, prærogatiis, ac beneficiis personalibus.

#### §. XLIV.

Vnum corollarii loco considerandum, an, si vellet Cæsar, ut feudorum suorum renouationem per se, non alium peterent, inuestituramque reciperent imperii proceres,

ceres, hi obligarentur sese fistere coram? Et putat *Itterus* de *F. I.* locis allegatis, ea potissimum ratione commotus, quod non sit ingenui patriæ ciuius absque iusta cauſa obniti: nec esse, quod quis acceptet opima, & ingrato postmodum animo dedignet agnoscere, a quo sit datus. Valde enim vereor, vt is appellari possit ingratuſ, qui per interpositam personam legatumque omnia facit, quæ ab eius generis vasallo iure summo possunt exigi. Deinde magis adhuc ambiguum est, an Reges, qui libero principum arbitrio eliguntur, tantumque potestatis accipiunt, quantum illi volunt, differere multa de diuitiis habeant, quibus nunc res fulgent regni optimates. Potius hi ad obſeruantiam prouocabunt, Cæſaremque monebunt, vt verbis officiosis, more maiorum, contentus ſibi per interpositum mandatarium conſirmet, quod hereditario iure tenent, nec copiam cogitandi faciat, ad altiora eum adſpirare, ac plus ſibi, quam antecessores, tribuere. Sat est, si legatum ſolenni mandato instruētum mittant, qui petat, qui etiam accipiat inuestituram: hoc enim recte vrget Imperator, hoc Ferdinandus III. fecit, hoc Leopoldus repetiūt, referente laudato *Schwedero* *Dift. de clausul. inuest. feud. theſ. XV.* ne fine vllis ſolennibus fere tale negorium transfigatur, nec dominus ſupremus alios, quam ministros ſuos, oculis vſurpet: quanquam, nonnullorum Principum iuſſu, agentes ſæpe feudorum inuestituram expetunt, quam post ſtato ritu accipiunt ablegati, vti diſerte tradit *Vffenbachius* in appendice ad tractatum de *Iudicio Aulico*. Auguſtius ſi quid poſtulare non defiſteret Imperator, nullum mihi dubium hæret, quia non tantum non ſint facturi ſtatus, quod præter ſpem & exſpectationem petit; verum etiam in capitulatione aliquando modum ſint determinati Eiectores principes. Et inde vero credo

Q

ap.

apparere, quid de opinione *Iteri* aliorumque, qui eius  
decreta tueruntur, sit sentiendum, nempe, posse hodiernum so-  
lennem per vexilla inaugurandi ritum in usum reuocari;  
dependere id, quidquid est, a Cæsarum arbitrio. Hoc  
non dispuo, liberum esse Cæsari, si quem nouo benefi-  
cio indulgenter donet, præscribere quoque accipiendi le-  
gem conditionemque. Ita princeps Lambergius in pro-  
pinqua parte singulari gratia putauit, quando ad nouam  
dignitatem eucto inuestissimus Imperator Iosephus ne-  
cessitatem comparendi coram & per se remisit, & præterea  
Baronem Isenburgium cum Heunischio ac Schletheimio  
admisit, ut in genua procumbentes capulum feudalis ensis,  
Domini loco, ex oscularentur. At prorsus nego, licere nunc  
Imperatori, in iustis Principibus, qui a maioribus suis he-  
reditario iure lege firmato territoria consequuntur, diem  
dicere, ut sub dio iterum inuestiantur vexillis. Si con-  
sentiantur, salua res est. At loquuntur quidam auctores ea  
ratione, ut arbitrio Imperatoris penitus tribuant, velutne  
hunc modum introducere de nouo, an seruare receptum?  
Scimus, quid Rudolphi Habsburgici contigerit atate, qui  
Aquisgrani statim post inaugurationem quosdam principi-  
pum initiare & inuestire sacra cruce voluit. Obiecerunt  
Episcopi, sceptrum non esse ad manus: multisque argu-  
mentis & fussionibus opus fuit, donec in sententiam Imperatoris irent, & ab more recepto quadantibus resili-  
rent. At nunc vero, ubi personalis præsentia est remissa,  
neque haec, repugnantibus summis imperii proceribus, in  
usum reuocari potest, non video, qua ratione alterum onus,  
nempe inuestitura sub dio pro imperio imponi summis  
iterum regni vasallis queat? Vestitura vexilli vero præ-  
sentiam vasallorum ponit: nec enim memini legatos ab-  
sentium tanta vñquam pompa esse dignitati suæ inaugura-  
tors. Vnde haud temere conieci, gladii symbolum in ualui-  
fe,

fe, cum non amplius per se, sed mandatarios comparent vasalli. Non puto, me declinaturum a scopo, si dicam, rem se habere perinde, atque apparituram in comitiis. Sicut enim cogi hodie non possunt imperii status, vt ipsimet migrant ad locum imperialis conuentus, quia eorum libertati id relictum est: et si absentiam suam multis verbis iisque officiosis excusant, Cæsare præsentia sua comitia magnificentiora reddente, ita nullo amplius vinculo, obtenta libertate, constringi vasallos, vt ab Imperatore folio insidente sueta olim cærimonia accipiant feuda sua: vt taceam absconum perquam videri, reuocare veteres in usum cærimonias, veteres iussionum ac citationum formulas, cum totius reipublicæ immutatio euenirit. Nouimus potius, ne *citandi* quidem vocabulum arrisisse imperii principibus: de quo consulendus est *Herdii*, seu *Heidenreichii* liber, quem *Grund* *Feste* des *Reichs* præscripsit. Quomodo autem tota cærimonia hodie incipiat, finiaturque tum industrius *Hertius* *dissert.* de *Superioritate territoriali*, § LXVII. perspicue expressit, cuius rectionem studio non repetimus, tum *Stryckius* nostras in appendice ad Examen iuris feudalis, *Iterus*, *Schwederus*, *Meierus* aliique viri clarissimi copiose præstiterunt. Plura iam non suppeditamus: et si forte poteramus. Excreuit diatriba præter opinionem: aucta est variis obseruationibus, vt fit, quando res suscipitur cum cura, & mentis oculi ad varias relationes, ac, quæ inde prouenient, nouas veritates conuertuntur. Igitur hic figimus pedem, promittimusque, vbi Deus largiatur vires, totius publici iuris *oīsq̄ua*. Salrem iam calatum manu tenemus, ac primas lineas ducimus. Adspiret supremum Numen cœptis, efficiatque, vt ne a veritate declinemus usquam.

F I N I S.

## EMENDANDA.

- pag. 2. l. 10. lege *Iugurtino*.  
p. 2. l. 14. lege *cap. XIII*.  
p. 21. l. 31. lege *a pro cum*.  
p. 22. l. 31. lege *Bohemie*.  
p. 39. l. 26. lege *iudicibus*.  
p. 44. lege *Iuliacenſis*.  
p. 53. lege *emungerentur pro emungantur*.  
p. 55. l. 23. lege *nomina aut tituli*.  
p. 71. l. 29. lege *nudo pro vdo*.  
p. 95. l. 9. lege *Cæſaris*.  
p. 104. lege *deproniſis*.  
p. 108. l. 2. lege *inglorii pro inglorioſi*.  
p. 158. l. 7. lege *agnoscunt pro agnoscant*.

Ka 3268.


ULB Halle  
005 372 895

3



R





2

B / G.

Black

White

3/Color

Red

Magenta

Yellow

Green

Cyan

Blue

DIATRIBA  
EX IVRE FEVDALI  
ET PVBLICO  
DE  
**FEVDIS VEXILLI**  
vulgo  
**Fahn = Lehn**  
QVAM  
AVSPICIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
**DOMINI CAROLI**  
PRINCIPIS BORVSSIAE MARCHIONIS BRANDENBVRGICI  
RELIQVA  
P R A E S I D E  
**NICOLAO HIERON. GVNDLINGIO**  
I. V. D. SACRI TRIBVNALIS QVOD EST IN DVCATV MAGDEBVRGICO CONSILIARIO  
REGIO IVRIS NATVRAE AC GENTIVM ITEMQVE ELOQVENTIAE ATQVE  
ANTIQUITATVM PROFESSORE PVBL. ORDINARIO  
IN FRIDERICIANAE  
AVDITORIO MAIORI  
DIE X. APRILIS c<sup>o</sup> Is CCXV.  
PVBLICAЕ ERVDITORVM DISQVISITIONI SUBMITIT  
**GEORGIVS GODOFREDVS Bönigke**  
HALENSIS.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.